diderint sumptusque pecuniae aliquos fecerint, talis
ptus et impensa pecuniae per ipsos coniuges seu quo
cunque eorum pro reparatione et restauratione, bonorum
villae nrae praenominatae, quomodocunque facta (uti
praemissum est) fuerit, ad successores et posteros le
gitimos ipsorum coniugum pfatorum, seu eorum quem
cunque minime cedere, ac pervenire debet nec debebit
Villaque nra Powązowice, saepe recensita post mor
et decessum pfati Valentini Gruszczynski, ac Bar
barae ipsius coniugis, cum omni iure, dominio pro
prietate, vsufructu, ac etiam cum vniversis et si
ngulis utilitatibus, agris, pratis, campis, silvis, a
quis lacubus, censibus, redditibus, et obventio
bus omnibus quibuscunque per eosdem coniuges, seu
eorum alterum quomodocunque adaucta, restaurataque s
vel fuerint, ad iurisditionem et potestatem ac etiam
plenariam et sufficientem possessionem et apprehensi

Eoq3 omni residentia et conditione, quaecunq3 personae
status et conditionis cuiuscunq3 extiterit, Conventus
et Monij nri pdicti Tincen, libere pervenire, ac redi
re debet, et debebit, Praeterea post morte et obitu
dictoru coniugu, successores et posteri eoru legitimi
in praedio, seu curia, villae nrae pdictae Lowczowice
per eosd coniuges praefatos aedificata, et extructa
tenebuntur, astrictiq3 erunt Conventui nro Tincen
pfato, res infratales relinquere, Imprimis 6
vaccas mulsibiles alias doinych, duos boves ma
turos, ad laborand 6 sues, 12 anseres, 30 galli
nas, duas pernas lardi, carnis porcinae, siligi
nis metretas 6 Pisarum metreta 1 Pultiu hor
dei, et Siceris, per contentu eoru, Quicquid aut fru
mentoru, tam hiemaliu qz aestivaliu, feni, et aliaru
reru in horreis, allodijs, areisq3 pdij pfatae vil
lae nrae Lowczowice, post morte pnominatoru coniugu re
lictu fuerit, relictaq3 permanserint, ad successores
et posteros legitimos, ipsoru coniugu pervenire, re
concernere dnt, ac debebunt, Conseminationes vero
frumentoru, tam hiemaliu qz aestivaliu in agris
et agriculturis, villae nrae pdictae Lowczowice,
[illegible], una cu ipsis conseminationibus agroru
uti pmissu est frumentoru attinentijs, et perti
nentijs, feni et aliaru reru usufructu perception
ac sufficienti possessione, post morte et decessu pnomi
natoru Valentini Grubczynski, ac Barbarae ipsius con
iugis, relicta fuerint nobis Conventuiq3 nro Tincen
pfato, plenarie, et effectualiter reservamus, In cuius

et testimonium sigilla nra sunt subappensa Datum
in Cenobio nro Sinecen 9a die mensis Februarij
Anno domini 1.5.6.9 sig qui sup Abbas ma ppa
et qui sup Prior, cum toto conuentu idem Valentinus
Grusczynski clausit extremum vitae suae diem 10 die
Decembris Aº 1.5.8.6 Cracoviae

Possesio Mathiae Strzemien in villa Rijbna

In nomine Domini Amen, Omnia gesta quae in tempore fiunt
ne simul cum tempore euanescant etc. Proinde Nos
Andreas Brzechwa diuina prouidentia Abbas, Al-
bertus Westkowski Prior, custos, et Praepositus infir-
morum, Nicolaus Klugowski subprior, Michael Can-
cellarius, Petrus Milkowski thesaurarius, Mathias
Nowyszkowski Procurator vnacum toto Conuentu Sum-
moniensi Sinecen ad sonum campanae capitulariter congre-
gati, Vniuersis et singulis, praesentibus et futuris hoc
notitiam habituris, tenore praesentium significamus, et
ad notitiam deducimus, Quia nos habentes rationem
benemeritorum, et fidelium seruitiorum Mathiae
Strzemien, quae nobis, nostrisque antecessoribus, et Mo-
nasterio nro fideliter impendit, et impendere non de-
sistit, volentesque illum ad futura nobis, et Conuentui
deuinctiorem, et alacriorem efficere, Partem seu sortem
bonorum nrorum in bonis seu villa nra et Conuentus
nri dicta Rijbna infrascriptam videlicet agrum qui
ad praedium in villa praedicta Rijbna pertinebat,

simul et prata o[mn]ia inter eosd[em] agros sita, et pratu[m]
circa silvam inter Januszowa, Sulynska, Laikowska, et
Kazmarska, partibus iacen[tia], It[em] Aulam antiquam dict[am]
Dworzysko, in quo hortulaniae sunt, quas olim fato
Bartolomeus Kromer tenuit, et eisd[em] utifruebatur,
It[em] agrum dictum Sitcowska, qui id Mathias Stryz-
mien, cu[m] consensu olim antecessoris mei pro certa
pecuniae suma, de manibus supradicti Bartolomei Kro-
mer, emit, et est situs, penes agros curiae angu[lo]
ab una, et penes agros Smitonis dicti Kot parte
ab altera, in quo agro nunc curia extructa, atq[ue] aedi-
ficata est. It[em] molendinum, quod sub ead[em] curia e[st]
cu[m] horto, qui est ad illud eximius, penes Kot
et quatuor piscinulas in villagio, ad quas piscinas
aqua suo meatu ad id constructo, libere flui d[ebe]t
sine quavis prohibitione n[ost]ra, prout nunc fluit Duo
etiam piscinae in silva nigra, sub monte Przeginsko
Kotowiska nuncupat. It[em] tres hortulanias, Prima
in qua residet Kos inter Skowronek et Marzek
simul et cu[m] ea medietate, eiusd[em] hortulaniae qua[m]
tenet Skalny, Altera hortulania inter Kula et
Zdun, in qua residet Tatka, Tertia inter Zdun
et Kierzek, in qua residet Gadek, cu[m] censu 12
grossorum ab eis eligen[do] per 4 or t. It[em] hortula-
nia in qua residet, Kopec penes agrum Kopciowa
ex una, et Valentinu[m] ex altera partibus, iacente
Consensimus etia[m] ei et admittimus, prout ia[m] admi-
simus, p[rae]sentibus, taberna quae de agris eisd[em] prat[is]
alibus, supramemoratis locata erat, suis pecuniis

Lupta do zama na Mostiskach

pro usu et commodo suo, exercere, Reservato nihilo-
minus pro nobis, et successoribus nostris de eadem taberna
perpetuo censu quod marcarum pro quolibet festo Sancti
Martini quem ipse tabernator dederat, per ipsum
Matiam Strzemien, coniuge infrascripta, et succes-
soribus suis, nobis dare et solvere, tenebitur et tene-
buntur. Item agrum desertum alias púsły zarosłe
iacentem inter agros, Stankowa et Kieszkowa. Libe-
rum etiam erit praefato Matiae Strzemien et Barba-
rae coniugibus, et successoribus, eorum decem Rixin
lignorum, et Situis Rybna, pro usu suo quolibet anno
incidere, seu excindere, et defluitare, et pro commo-
do suo, quo voluerit convertere, Ac etiam pro ne-
cessitate domestica, et circumseptione curiae, et hor-
torum, et pro foco ligna, atque virgulta, et pro aedifi-
ciis robora, liberam habent facultatem, sine quavis
nostra, successorumque nostrorum, contradictione. Item
Inquilini omnes, alias Komornicy servitia solita eidem
Matiae Strzemien facere debent. Item Admittimus
etiam ei quod liberum erit, cervisiam apud subditum
suum, cui voluerit committere, propinare, et apud se
braxare, seu coquere, brasiaque facere. Et haec
omnia suprascripta atque nominata, eidem Mathiae Strze-
mien servitori nostro, et Barbarae filiae Jacobi Ba-
ranowska, coniugibus, ad extrema eorundem tempora
vitae dandum, donandum, atque conferendum duximus, prout
damus, donamus, atque conferimus praesentibus, cum
omni iure, dominio, et proprietate, et prout ea omnia

soli antecessores nri haereditarie tenuimus, habuimus
et possedimus, cum suis, pdio, agris, pratis, pascuis
liberis, Livinis hortulanys, et cum ab suis, singuli
nis molendino, et etiam chmetonum falcastrationem,
unius prati ex antiquo solitt, dictae Woitowska, rebus
fructibus, redditibus, proventibus universis
nullis exclusis, neque quidque sibi in rebus supernomi
natis, et successoribus suis reservando, sed ita late,
longe, circumferentialiterque prout pfati agri et hortula
nia, se in suis metis extendunt, et sitae sunt, per
ipsum Mathiam Stryzemien et Barbaram coniuges, ad
ipsorum, et cuiuslibet illorum, superstitis et supervivien
tis extrema tpa, tenen habend possiden, et li
bere utifruend Saluis tamen, et illesis, iuribus
nris superioritateque nra nobis et successoribus nris
in suis bonis reservan et plenarie permanen. Reser
uamus insuper, et conservamus de gra nra, speciali
pdictum Mathiam Stryzemien in pdictis bonis, superius
expressis, et nominatis, et Barbaram coniugem illius,
ad extrema vitae eorum tpa vel cuiuslibet eorum seor
sim Ita quod, neque nos, neque successores nri durante
vita, ipsius Mathiae et coniugis sue, poterimus aut
poterint eos de pfatis bonis, movere, sive ad men
sam suam adiungere, Praeterea privilegium in parga
meno scriptum speciale per antecessorem nostrum et
Conventum totum, I instum sibi Mathiae Stryzemien
et successoribus suis datum, super certos chmetones
nros, villae pfatae Rybna, vulgo Kot, Krawiec, Woit,

Dobarz Nemo tabernatori Podlesini dictu,
quos suprascriptos coniuges, et tabernatorem
id Matias Stazemien a praedecessore nro et toto
conventu, in suma 300 florenorum pecunie polonicalis ab
eod accepta, modo obligatorio de facto, hucusque
tenet, et pacifice possidet, huiusmodi privilegium
omni vitio suspicionisque nota carens, in omnibus
illius punctis clausulis articulis, conditionibusque,
prout in se continetur, in toto approbamus,
confirmamus, et ratifficamus tenore praesentium
mediante, rata grata, firmaque in omnibus grati
haben temporibus perpetuis. Vorum vero su-
prascriptus Matias Stazemien super bona sup-
scripta sortis in villa nra Rybna a praedecesso-
ribus nris sub titulis et sigillis olim Rndi
dom Joannis Lowczowski, Abbatis, et totius Co-
nventus Tinecen munit, obsignat et manibus,
subscript habuit privilegium originale auten-
ticum, et sufficiens pargamenum, Inter cuius pri-
vilegii ceteras conditiones, et articulos hoc ex-
pressum fuit et specialiter descriptum in damnum et
derogatione monrii nri et post morte, et de
fact luce decessum eorundem coniugum bona praefata,
per certos taxatores ad id per utrasque partes,
deputatos taxarentur. Qui quidem taxatores ex
utraque parte sibi, suma pecunie iuxte taxata
ut nominarent ac sibi succesoribus, super sibi
bonis assignarent, ita quod qua conditione tali

taxatoria idem Mathias Strzemien, olim per nos acqui-
situs sponte, ac libere recessit, et praesentibus recedit
Et in maius eiusdem rei testimonium et perpetuam rei
memoriam privilegium suum super id sibi serviens
nobis, et Conventui nostro reddidit, Promittendo quoque
praemissae conditionis taxatoriae, privilegium hoc in
auxilium sibi et successoribus suis, nunquam abuti.
Nos itaque praemissa sibi recompensare, et resarcire
ex speciali gratia nostra, volentes eundem Mathiam Strzemien,
ad futuram nobis et Conventui nostro devinctionem
et alacriorem efficere, Post mortem et de hac luce
decessum eiusdem Mathiae Strzemien et Barbarae coniugis
eorundem bonorum superius descriptorum in villa nostra
Rybna consistentium pacificum, et possessionem totalem
Alberto eorundem coniugum filio legitimo, natu seniori
vel si ipse Albertus de hac luce decesserit, extunc
Joanni fratri illius germano natu iuniori, ad decursum
12 annorum continuos, et immediate se sequentes dedi-
mus, donavimus, et gratiose concessimus, Prout damus
donamus et concedimus tenore praesentium mediante
ita quod praefatus Albertus et post decessum illius Jo-
annes Strzemieniowie, eadem bona tenebit habe-
bit cum omni iure, dominio et proprietate, omnibusque et
singulis eorundem bonorum utilitatibus, fructibus
proventibus, obventionibusque universis, ita prout
coniuges parentes illius praefati habuerunt et pos-
sidebant, pacifice et quiete possidebit ad decursum
ita ut praemissum est eorundem 12 annorum continuos,

et immediate se sequen, post decessu parentu suoru. Expirato vero descriptoru 12 annoru tempore, praefata bona, dictae sortis in villa nra Rybna cum omnibus pertinen suprascriptis, ad nos successoresque nros et Conventum nostrum cum pleno iure, et toto dominio, redire debent et devolventur, soluta tamen prius, et numerata summa 300 florenorum pecuniae totius mon et numeri Polon in Regno curren, per nos vel successores nros, Conventuque nrum, successoribus legitimis, eiusdem Matiae Stuzemien, Si vero contigerit eosdem fres Albertu et Joannem, mori, et de hac luce decedere, ante expirationem et decursum eorundem 12 annoru continue et immediate se sequen post morte ipsoru parentu suoru, Extunc reliquos annos per ipsos, vel ipsorum ultimum possessore, non alternatos, nemo alius successorum tam propinquorum, quam consanguineoru praefatoru coniugum extenuabit, verum post mortem cuiuslibet fris, possessoris eorundem bonoru ultimi, bona praedicta, sine quavis conditione et renitentia quaruncunque personaru, ad nos Conventuque nrum plenarie redibunt, et devolventur, soluta tamen ita ut suprascriptum est, successoribus eiusdem Matiae Stuzemien. summa 300 florenorum pecuniae per nos, vel successores nros, Conventuque nostrum. Hoc etiam adiecto, quod praedictus Matias Stuzemien et Barbara

coniuges, ac annorum expiratores, bona praedicta nemini sine scitu, voluntate, atque consensu nostro successorumque nostrorum, obligare, arendare, et vendere poterint, Hanc etiam praerogativam sibi Mathiae Strzemien damus, atque concedimus, quod de subditis suis ipse solus, cuilibet conquerenti occasione quarumcunque iniuriarum, iustitiam administrare debet, Eximimus etiam eundem Mathiam Strzemien, servitorem suum a potestate Capitaneorum seu officialium nostrorum Tinecensium et pro tempore existentium, Sed nos ipsi soli seu successores nostri eundem iudicaturi, et iustitiam omnibus de eo administraturi sumus, Ipse etiam tenebitur coram nobis de se querentibus respondere, et ex decreto nostro se iustificare, successoresque ipsius tenebuntur. In cuius rei fidem et testimonium, sigilla nostra apposuimus, et datum in Monasterio nostro Tinecensi, feria quinta post Dominicam Exaudi proxima Anno Domini 1.5.7.9

Donatio Stanislai Lacuch in Scieiowice

Andreas Brzechwa etc. Significamus praesentibus
literis universis etc. Quia de certa scientia, et
unanimi omnium nostrum consensu et voluntate,
Perspectam habentes ingenuam virtutem et in ser-
vitiis nostris diligentiam, ac fidelitatem honesti Sta-
nislai Lacuch quibus in administrandis bonis
nostris in Piekary et Tyniec praediorum, nostrorum
per multos annos hucusque reddidit commendatum.
Cupientes itaque fidelitatem, atque illius affectum gra-
tia et beneficentia nostra compensare, eidem Sta-
nislao Servitori nostro, aream alias Siedlisko, in villa
nostra Scieiowice iacentem dictam Slocinska cum
aedificiis omnibus eius, ad id pertinentibus, atque aliis om-
nibus et singulis, eiusdem areae hortis, agris, pratis,
ex antiquo spectantibus, omnibusque et universis, eiusdem
utilitatibus, fructibus, proventibus, redditibus
et obventionibus universis, nullis exceptis vero
ita prout olim laboriosus Slota Tyniec habuit et
possidebat, nil minuendo. Imo et speciali gratia nostra
stadium agri desertum vulgo vocatum Golkowska
inter lacum Nowe jezioro et fluvium Vistula ia-
centem, quod possidebat Maszanti ad hanc aream Slo-
cinska, pro usu et necessitate eiusdem Stanislai,
prout ipsi melius, et utilius videbitur, adiungi-
mus et adscribimus, hancque aream Slocinska
cum praefato stadio agri atque attinentibus et proventibus
universis

superius nominatis, una et cum arboribus cuiuscunque
generis, et rubetis circa Horich stadium agri deserti
in Golkowska, dictum eliszen, ad vitae eiusdem Stanislai
extrema tempora et non ultra, dandum et conferendum duximus
Prout damus, concedimus, et conferimus praesentibus
literis nostris, ita quod praefatus Stanislaus, aream praefa-
tam, et alia superius specificata, adiacentiaque taliter
ipsi, modo superscripto, iure advitalitatis concessa
cum omnibus et singulis proventibus, fructibus et
utilitatibus, tenebit habebit et pacifice possidebit
ad vitae suae extrema tempora, De qua area et eius
adiacentiis tali ipsi modo superscripto, concessa idem Sta-
nislaus tenebitur singulis annis pro quolibet festo San-
cti Martini nomine census annualis Priori sive Custo-
di Monasterii nostri, nunc et pro tempore existenti per marcas
duas pecuniae in moneta pollonicali dare, et realiter solvere.
Quiquidem Stanislaus, libertate tali gaudebit in sil-
vis nostris prout et alii subditi nostri villae Scilowic[e]
gaudent, hoc est pro foco, et necessitate domestica
ligna excidere, et pro circumseptione sepium areae praedi-
ctae, Slotinska, Non tamen vendere nec cuipiam do-
nare potens erit. Ratione itaque eiusmodi iuris sui
per nos modo praemisso, sibi concessi idem Stanislaus
tenebitur et astrictus erit, Pro Piscibus, Pro vino
Pro Bobus, in submontaneas partes, vel ibi ubi
ex mandato nostro vel Capituli nostri Itinerandum pro tempore
eliszen, opus et necesse fuerit. Aut nobiscum, alicuius
loco nostri in equo suo proprio, nostris tamen sumptibus
et impensis, pro itinere illius, equitare, et fideliter

servire,

Omnibusque de se conquerentibus coram nobis vel Capitulo
nostro pro tempore existenti respondebit, Et eidem Vicario
nostro, eiusdemque Capituli nostri iustificare se. Omniaque
onera et dationes, tam Sacrae Maiestatis Regiae, quam
Reipub: et alijs quibusuis personis, Decimam
quoque manipularem, prout ab antiquo, soluere et
contradere, ex eadem area tenebitur quoadvixerit.
Promittimus insuper pro nobis et successoribus
nostris quod eundem Stanislaum neque nos, neque successores
nostri de praedicta possessione areae Slotinska
et supranominatis eidem adiacentibus amouebimus
nec quipiam amoueri permittemus. Neque pro ne-
cessitate sive mensae, et coquinae nostrae, Imo eundem
in pacifica tenuta, et possessione, usufructuque
eiusdem areae ad vitae illius extrema tempora conserua-
bimus, successoresque nostri conseruabunt. Post
mortem vero, et de hac luce decessum praefati
Stanislai area Slotinska, cum suis aedificijs
constructis, et construendis et pertinentijs omnibus
supranominatis, totaliter et pleno iure, ad nos et
Conuentum nostrum, successoresque nostros redibit, et de-
uoluetur, sine quauis contradictione successorum
eiusdem Stanislai, atque sine solutione alicuius sum-
mae successoribus praedicti Stanislai. Res vero mo-
biles quibuscunque vocitentur nominibus successo-
res eiusdem Stanislai liberae pro se tollent et acci-
pient. In cuius rei fidem etc. Actum et Datum
in Monasterio Sincren die et Anno —

51 30

Stanislao Januszowski data hor-
tulania in Tyniec

Andreas Brzechwa Diuina prouidentia Abbas, Albertus
Baranowski Prior et Custos, Michael a Tuchow
infirmorum praepositus, Petrus Milkowski Subprior,
Jacobus Lizanin et Clemens Szracki Thesaurarii,
Augustinus Procurator caeterique fratres ac totus Con-
uentus fratrum Monasterii Tincensis, Significamus prae-
sentibus literis nostris quorum interest omnibus et sin-
gulis, praesentibus et futuris harum notitiam habituris.
Quia de certa scientia, omniumque nostrum consensu
et voluntate, attendentes multa, promptaque servi-
tia Nobilis Stanislai Januszowski, servitoris nostri
quae nobis et Conuentui nostro, a pluribus annis
non sine fideli constantia, diligenter exhibuit,
et exhibere non desinit, ac in posterum paratus est, eo,
vtque eidem huiusmodi servitia ad fidelitatem aliqua
condigna munificentia, recompensare, in poste-
rumque nobis et Conuentui nostro deuinctiorem reddere,
eidem Nobili Stanislao Januszowski, certam aream alias
Siedlisko, siue hortulaniam in fundo nostro haereditario
villae Tyniec, in qua residebant olim Nobiles
Jacobus, et Albertus Sarnowszczy, fratres ger-
mani, eiusdem hortulaniae possessores advitalitiales
cum omnibus eiusdem hortulaniae siue areae agris,
pratis, hortis campis, vtilitatibusque omnibus,
excepta certa quantitate fundi, dicti Zawa-
rzem, ad Ecclesiam Parochialem Tincensem pertinen[tem]

quam plebanus eiusdem Ecclesie, in sua dispositione habet, Verum ea omnia, ad hortulaniam praedictam pertinentia, ut praenominati olim Barnowszij tenuerunt, et possidebant, nil excipiendo, ad vitae eiusdem Stanislai Januszowski, extrema duntaxat tempora, damus, donamus, et concedimus praesentibus literis nostris, Ita tamen quod idem Stanislaus Januszowsky huiusmodi aream, sive hortulaniam, cum omnibus vtilitatibus, fructibus, et prouentibus, et pertinentijs vniuersis, tenebit habebit pacifice, quiete possidebit, et ad vsus beneplacitos, prout sibi melius, et vtilius videbitur, vertet, et nil ex eadem hortulania, dare, pendere, quotannis astrictus erit, Imo eundem a solutione censuus annualis, dationibusque et laboribus quibuscunque ex eadem ab antiquo, ad tabulam nostram, tenerentur solutis, oneribusque vniuersis, liberum facimus, ad vitae eiusdem extrema tempora, Incisionemque lignorum pro foco, et necessitate domestica, tantum et pro circumseptione sepium hortulaniae praedictae, eidem Stanislao Januszowsky liberam reseruamus, non tamen vendere, nec alicui donare. Post mortem vero praenominati Stanislai Januszowski hortulania, sive area praedicta, totaliter, et pleno iure ad nos et Conuentum nostrum redire debet, sine omni contradictione succesorum, et propinquorum eiusdem Stanislai Januszowski et sine quauis solutione summae pro aedifficijs tam nouis, quam antiquis,

Res vero mobiles pecora et pecudes, supellectilem
domesticam, Successores eius Stanislai Samchowski
prorsus libere tollere debent, quibus quoque remotionem
de eadem fortulania, spatium sex septimanarum de-
cursu libera reservamus. In cuius rei fidem nos
Datum in Monasterio Tinecen, feria 2da post Dominicam
Invocavit proxima Anno domini 1.5.85.

Skawina arendata Valen[tin]o Grusczinski

Andreas Brzechwa divina providentia Abbas, Micha-
el Zoranski Prior et Custos, Michael a Suchow
Infirmorum Praepositus, Augustinus Subprior, Jaco-
bus Pilzno Thesaurarius, Andreas Procurator Caeterique
fratres ac totus Conventus fratrum Monasterii Tinecen.
ad sonum campanae negotii infrascripti gratia ca-
pitulariter vocati, universis et singulis nos.
Quia de certa scientia, et unanimi omnium no-
strum voluntate animadvertentes multa officia
et servitia G. D. Valentini Gruszczinski de
Lipno, Capitanei nostri Skawinensis quibus nobis et an-
tecessoribus nostris a minorennitate sua, multis ab
annis, obsequium et fidem suam, et fructusque non

desiuit, ac in posterum paratus est. Bona quoque
vzt Oppidi Skawina, cum Sidlo Radziszowstwo,
Ca Radziszowska, in augendis proventibus, uberi
ora efficere volens, quae bona per priores tenu
tarios, magna ex parte sunt deserta, satis
edocti existens de oeconomia diligenti, sincedq
D. Grudzinski, Eo etiam perspecto, quod prae
fata bona nostra, sumptus magnos, atque labores, dili
gentiamque indiget, tam in aedificiis castri nostri
Skawinensis praediorum, piscinarum, pomeriis desola
torum quoque et obstaculorum, in fluvio Skawinka dam
nosos, quae obstacula sunt valde necessaria, mo
rariis nostro tenere cum in praefata aqua molendi
na, Piscina, Piscinula etc sunt constructa
et aedificata, quae obstacula in anno praeterito per ma
gnum impetum et violentam inundationem aquarum om
nia disrupta, et in nihilum reducta erant, Et ipse
Valentinus Grudzinski, omnia sumptu suo, et labo
re proprio diligenter ex fundo noviter et in
aliis locis construxit, Et propter certiorem aquae
in posterum submisit se liberè, si necessarium fue
rit, sumptu suo et labore, aquam ducere per fos
sa noviter construenda, à bonis nostris villae Ra
dziszow, usque ad oppidum Skawina, iuxta rei
necessitatem. De quibus quidem bonis Skawinensis
priores tenutarii nostri nomine per 800 florenos
pecuniae currentis Polonicalis nobis et antecessoribus nostris
solvebant arendae annuatim, et suprascriptus Valent(inus)

Grubczynski, pro 1000 flor[enis] cuius quidem pecuniae liberos submi
sit se nobis solutum. Quibus ex causis supe
rius descriptis, animum nostrum pronouentem volentesque
illum ad futura nobis et Conventui nostro demerere,
eidem valen[ti] Grubczynski de Lipno, et eius legiti
mis successoribus, bona praedicta nostra Monasterii nostri
Tinecensis haereditaria videlicet oppidum Skawina cum castro
et praedio, ac villis ipsi adiacentibus videlicet Radziszow
cum praedio, et Wola Radziszowska, ac cum decima ma
nipulari, post agros subditorum praedictae villae Ra
dziszow, cumque omnibus, et singulis, molendinis,
emolumentis, agris, pratis, hortis, pomerijs, censibus
proventibus, fructibus, redditibus, dationibus, uti
litatibus, quibusuis, ex eisdem bonis provenientibus qui
buscunque vocitentur nominibus, laboribus kmetho
num, et subditorum solitis nullis exclusis, nec quicquam
in eisdem bonis pro nobis et successoribus nostris, penitus
reservando. Excepta tamen medietate telonei
in oppido nostro praefato Skawina, quam pro nobis et
necessitate nostra, integram reservavimus, prout
ipsa bona soli tenuimus, habuimus, et posside
bamus, cum eodem omni iure, dominio, et proprietate
ad decursum 12 annorum, continue, et immediate
se sequentium incipientium a proxime praeterito festo sancti
Joannis Baptistae, in anno Domini videlicet 1.5.8.3, et
pro simili festo sancti Joannis Baptistae in anno Domini
1.5.9.5 se se determinantium arendavimus, et in firma
(et eorum emolumentis, Piscinis parvis et magnis, deal
batorio alias zblechem Radziszowskim,)

62

arendam locamus, praediis, villis nostris una cum

pecoribus, pecudibus, ac omni suppellectili

domestica. Ratione cuius quidem arende de

bonis nostris supramemoratis oppidi Skawina

dictus D. Valentinus Grusczynski, debebit et

tenebitur, eritque astrictus, cum suis successoribus

nobis et successoribus nostris, conventuique nostro, singu-

lis annis, mille flor. pecuniae comunis monetae et numeri

polon. in regno currentis quemlibet florenum per 30

grossos computando ad ratas duas, tempore anni

cuiuslibet, Prima videlicet rata, seu medietatem similis

summae, 500 flor. pecuniae praefatae pro festo Natalis

Domini, Altera rata similiter cuiuslibet anni pro fe-

sto Sancti Joannis Baptistae 500 flor. pecuniae comunis

in moneta Polonica solvere, et satisfacere, Pro satisfa-

ctione vero, et solutione, cuiuslibet ratae, singulis

annis, quietationem manualem, sub titulo, et sigillo,

nunc et pro tempore existentium Abbatis, Conventus et fratri-

bus irrequisitis, quae robur debitae firmitatis

habebit, acsi, coram quibuscunque actis autenticis,

facta, et recognita esset, accipere, Quamque exinunc

praefatus Valen. Grusczynski nobis pro Anno praesenti

videlicet 1.5.8.3 etiamque rata hoc est in summa Mille

flor. pecuniae comunis arenda de bonis nostris praedictis

persolvit, et in effectu numeravit, ac satisfecit

atque rata prima anni proxime venturi videlicet

1.5.8.4 videlicet 500 flor. dedit, De qua omnimo-

di satisfactione, et persolutione, eundem, et suc-

consortes eius quietamus, et liberum facimus perpe-
tuo, sane solutione arendae praedictae, modo praemisso
annis singulis se sequen(tibus) ad ratas temporum duas
sa nominat(as) continuan(dam), usque ad expirationem eius modi
arendae, 12 annorum superius expressorum, Quae quidem
bona nra praefata, oppidum Skawina, cum praedijs, et villis
et pertinen(tiis) omnibus, supradenominat(us) idem Valentinus
Grudzynski, et eius successores tenebit habebit, imo
et iure arendae, ad tempus superscriptum 12 annorum
et non ultra, illisque utifruetur, pro libito, et benepla-
cito suo, utilitates quascunque potuerit in eisdem bonis
potens erit adinvenire, sine quavis nri, et nostrorum
successorum contradictione, ad decursum 12 annorum superscripto-
rum continue, et immediate se sequen(tium), et non ultra, saluata ta-
men appellatione observata, quae ab ipso arendatore ad
nos, si quis se grauatum senserit, liberum erit hominibus
in causis suis refugium habere, Demptis etiam saluis
quibus tantum pro foco, obstaculo, sepibus, et pro ne-
cessitate domestica, ipsi arendatori, uti liberum erit,
non tamen vendere, nec cuiquam donare, Dationes
quoque tam Sal(is) utriusque Regiae, et Reipub(licae) contributiones
Decimas manipulares, siue pecuniarias, et alia onera
quibuscunque personis spiritualibus, ex eisdem bonis aren-
dae, ex antiquo pertinen(tia), idem dominus arendator una
cum suis successoribus, soluere, et libere praetradere
sine quavis difficultate nra debebit, et tenebitur
Quantum aut(em) attinet granicies bonorum praefatorum
seu in aliqua parte eorum aut aliqua amicabilem

compositione, vel differentiarum quarumcunque cum quibuscunque personis, in eisdem bonis, tam officialis, incidant, quoque quovis alio modo, durante eadem arenda, fieri vel fatiendi, praeter quod dominus dignitarij officiales, servi aut Commissarij Sacrae Maiestatis Regiae vel amici unde ad oppidum Skauina venerint, extunc idem dominus arendator meus Skauinensis, tenebitur cum suis successoribus, necessaria pro coquina providere, Nos vero carnes, commas, et farinas, vinum, cerevisia, aromata albo korzenie, dabimus. Salaria quoque officialibus, absolvemus. Si vero quod Dominus deus auferat) in spatio eiusmodi 12 annorum arendae, id contigerit, per aliqua incommoditatem aeris ignis combustione, inundatione aquarum segetes totae grani, et seminis, in campis, et praediis annihilarentur, sive etiam per incursum hostium, etiam in campis, conculcata, erepta, et consumpta in aliqua parte essent, quod autentice, sive sufficienti testimonio docere, per eundem Valentinum Grusczynski vel suos successores, et demonstrare debebit. Extunc ab utraque parte duo amici, assumpti, praemissa cognoscere debent. Et quicquid idem amici, constituerint, firmiter observabimus, tam nos quam praefatus arendator meus cum successoribus suis. Hoc adiecto, quod idem arendator noster subditos nostros bonorum praefatorum, ad insolitos labores, et exactiones, albo na odwozy dalekie, praeter illorum antiqua consuetudine non extorquet

nec potens erit, Hoc etiam specialiter ad praemissa speci-
ficato, quod si quid, praedictus arendator noster sive suc-
cessores eius, in dictis bonis nostris arendatis durante
huiusmodi arenda necessario, meliori comodo, eorundem
bonorum prospiciendo, de novo sumptu suo proprio,
ut puta piscinam aut piscinas, molendinum, secundum loci
distantiam, aut fossam superius nominatam, ad ducendam
aquam, ex villa Radziechow, usque ad oppidum Skawina
construxerit, et aedifficaverit, Extunc nos, in tempore
absoluta huiusmodi per eum aedifficationis, certos taxato-
res nostros ex utraque parte deputabimus, qui taxatores
nostri praemissa nova aedifficationem, quamlibet, et totiens
quotiens opus fuerit, faciendo taxabunt, iuxta quorum
taxationem, et aestimationem, iustam, post expirationem arendae
ultimi anni, tenebimur nos, et successores nostri, praedicto
arendatori, nostro, vel eius successoribus, summam sive su-
mas pecuniarum ad aedifficia quaevis, nova, in bonis nostris
praefatis, necessaria per eum, vel successores eius, exposi-
tas reddere, et restituere, Emendationem vero, sive
poprawe aedifficiorum tam in castro, quam in praedijs bonorum
praefatorum Skawinen. suis proprijs sumptibus sine
quavis per nos resartione totiens, quotiens opus
fuerit, idem arendator noster cum suis successoribus, expe-
dire, et absolvere tenebitur, Post expirationem
vero arendae 12 annorum praefatorum, idem Valentinus
Grabszczynski, cum suis successoribus, ex dictis bonis
opidi Skawina, et alijs ad id pertinen. dic, et tempore

expirationis p̄fatae arendae, exequitare, liberaq̄z, et mun-
da facere, et in manus nras Conventusq̄z nri, cum
eodem pleno, atq̄z integro iure, et conservatione hie-
mali et aestivali, hortorumq̄z sufficien[ti]. Et iuxta
inventarium, vicissim inter nos fact[um], manibusq̄z
subscriptione et sigillorum robora[tum], tradere in effe-
ctu, debet, ac tenebitur, cum suis successoribus, Soluta
tamen per nos, et Conventum nrum, successoresq̄z nros,
eidem arendatori nro, vel eius successoribus, summa vel
summas, pecuniarias, ad aedifficia noua, ut superius
nominata, per eum vel eos expositas, et per taxat-
ores, superexpressos, nros aestimatas. Numeratione
tamen de bonis nris p̄nominat[is] iuxta formam
iuris et observationem, in talibus, observari solit[am]
sex septimanarum, computus, et immediate se sequen[tium]
post expirationem arendae p̄fatae eidem dno arendatori
nro, vel eius successoribus, libera reservamus, prae-
sentibus litteris nris, etc. In cuius rei fidem etc.

Concordia amicabilis cum Conuentu San:me Trinitatis occone 4 laneor in Pradnik

Innomine domini Amen Ad perpetua rei memoria
Nos Andreas Brzechwa diuina vocone Abbas
Albertus Westhowski Prior, Custos, et Praeptus
infirmoru, Nicolaus subprior, et Michael Thesau,
rarij Matias Gorzyczkowski Procurator, ceterique fra
tres, ac totus conuentus Monrij Tinecen, ordinis
Scti Benedicti Crac diocesis, ad sonu campanae,
negotij infrascripti gratia, capitulariter vocati et
congregati vnanimi omniu nostru ad id accedente
consensu et voluntate, Significamus prntibus li
teris nris, tam prntis, qu futuri aeui, hominibus
earu noticiam habituris, Cum nobis a venerabilibus
et religiosis fribus, Felice Priore, Adamo Sub
priore, ceterisque fribus, totius Conuentus Mona
sterij San:me Trinitatis, Crac ordinis S. Domini
ci lis et Controuersia esset, cora Rdo in Chro Pre et
Dno, D. Petro Myszkowski, Dei gra Epo Crac
intentata, et agitata, occone 4 laneoru agri
in villa nra hereditaria maioris Pradnik consisten
de quibus illi, et sui Antecessores, a colonis eos
agros possiden, certu annuu censu, a tempore
immemorabili nomine subiectionis, percipere erant
soliti ac aliaru reru, et iniuriaru, damnoru

in processu causae latius deductorum, et specifi
catorum, et eo nomine lites perpetuae, tam praesenti
bus quam retroactis temporibus, antecessoribus nostris
cum praefatis Conventus fratribus, S. Dominici interced
bant, Nos igitur, et pietate, et fraterna ducti
charitate, ne litibus quae charitatem fraternam dim
inuere solent, cum summa nostra molestia et imped
mento, intricaremur, animadvertentes quod cum la
praedicti, cum suis pratis, pascuis, fontis et religu
proprietatibus, secundum privilegia eiusdem Convent
monasterii, Sanctissimae Trinitatis ab impetitionibus, et
molestationibus, diversae conditionis hominum et
vicinorum minoris et magnis eorundem laneorum Con
ventui praedicto Sanctissimae Trinitatis, annexorum
ciis a nobis tamquam dominis haeres defendi, et
in sua integritate retineri non poterant, hincque et no
stris propriis agris, in eadem villa sitis periculum
iminere videbatur, Nostro, et successorum nostro
rum nominibus cum praefatis religiosis Patribus, F
licet Priore, caeterisque fratribus, totius Convent
monasterii Sanctissimae Trinitatis ordinis S. Dominici
successoribus, pro tempore existentibus, eiusmodi per
tuam omnibus saeculis valituram, concordiam, et
tabilem compositionem, sive pactum, et iuratum co
tractum, fecimus, et constituimus, sub iis quae se
quuntur conditionibus, Inprimis, quod cogit prae
fati Prior, subprior, caeterique omnes, et singuli
fratres Conventus Sanctissimae Trinitatis, Capitulari

etiam

podvrit
Becz

etiam ad pulsum campanae vocati, et congregati de
unanimi, omnium consensu, et speciali voluntate, sup(ra)
scriptos, quatuor agri laneos, cum omnibus, et singulis
eorum possessionibus, hominibus, pratis, pascuis, hort(is)
ac alijs quibusuis obuentionibus, et redditibus, cum
omni iure, dominio, et proprietate, prout ipsi eosdem te-
nebant, possidebant, Nobis et successoribus nostris Abbati-
bus, totique Conuentui monasterij Tinecen(sis), tanquam veris
totius villae, maioris Przdnik haeredibus, pro ipsis
eisdem, tenendos, possidendos, et in quosuis meli-
ores usus, conuertendos, dederunt, et concesserunt prae-
sentibus, quos dant et concedunt, ac de sese con-
descendunt Omneque ius suum quod sibi ad praedictos
quatuor agri laneos, competijt, in nos et successores nostros
transfundunt. Ratione Cuiusquidem concessionis
et transfusionis iuris, obligamus nos, et successores
nostros, quod censum annuum 16 marcas pecuniae mon(etae) et
num(eri) in Regno com(mun)is pro quolibet festo S(anc)ti Martini
Ep(iscop)i singulis annis temporibus perpetuis, incipien(do)
ab anno p(rese)nti 1.5.7.8 praefatis religiosis fratribus
conuentus Sanctissimae trinitatis, Necnon duas straues (sic)
alias dziessiatki lignorum quercinorum 10 metretas
alias cwiertnie, siliginis boni grani, et mensurae bonae
vna cum censu suprascripto, dabimus, soluemus, et nu-
merabimus, soluereque et numerare tenebimur,
Successoresque nostri dabunt, soluent, et numerabunt
dareque, soluere, et numerare tenebuntur, Ligna

podwaliscza Recessit

vero supradicta, nostris proprijs sumptibus Cra-
ad locum dictum Luzystanie, in Zwierzyniec mittemus
et littori illius loci applicabimus, Mittereque et
applicare, eximus astricti, successoresque nostri mittent, et
littori applicabunt, et applicata praefato Conventui
reddemus, successoresque nostri, ~~mittent~~, applicare, et red-
dere tenebuntur, Praeterea memoratos fratres
Conventus Sanctissimae Trinitatis, a quavis censu annuo
quatuor marcarum pecuniae solutione, ex molendino in Lyz-
drik sitto, conventui nostro solito, solui, et Conventui
nostro censu mediae marcae, in medio laneo, dicto
Zigmuntowskie, ac ex alijs omnibus, et singulis quo-
rumcunque rerum dationibus, solutionibus nostris,
et ad mensa nostra spectantibus, Praesertim
de prandio sculteciali, tum de compositione cum
Scultetonibus de prandio, perpetuo liberos, et im-
munes esse volumus, et declaramus, neque eosdem
ullo unquam tempore, occasione praemissorum inquietaturos
et impedituros, nos et successores nostros per pactum
et sollennem stipulationem obligamus, Insuper prae-
dictus Conventus fratrum Ecclesiae Sanctissimae Trinitatis
ab immemorabili tempore, sculteciam in eadem villa nostra
[illegible] Lzadrik, tenent et possident, eosdem fratres
perpetuis seculis, et temporibus, circa eandem scul-
teciam conservamus, neque ulla questione de eius
redemptione, nos et successores nostri, perpetuo movebi-
mus, sub vadio infrascripto, Ipsi vero ea omnia
quae Rempub., vel expeditionem, pro defensione regni
spectant iuxta statuta circa scultetos sancita

(si opus fuerit) respondere tenebuntur, Nosque libe-
ros ab eiusmodi oneribus, in toto et per totum face-
re curabunt, Imo nos totumque conventum nostrum presentibus obli-
gantes eos nullo unquam tempore, nec per se nec per
summissas quasvis personas, directe, vel indirecte
occulte, vel quovis quesito colore, iure impeditu-
ros imo eos quiete conservare, atque hanc concordiam
iuratamque pactum et contractum in omnibus illis con-
ditionibus, et clausulis, nos successoresque nostros Abbates
et totum conventum Tinecensem firmiter et inviolabiliter
servaturos, Neque ullo tempore illi contraventuros, esse bo-
na fide pollicemur, et successores nostros obligamus, quem-
admodum et ipse Prior cum fratribus Sanctissimae Trinitatis simi-
liter se se obligaverunt presentibus, in forma camerae
Apostolicae cum constitutione procuratorum et aliis necessariis
clausulis, plenissime extendendam sub poena 2000 florenorum
auri in auro ungaricali, per nos successoresque nostros
Abbates et Conventum Tinecensem in casu quo dicto con-
tractui, et concordiae in aliquo contravenerimus, vel ali-
quid per nos, vel submissas personas faceremus
medietate praenominati vadii dictis fratribus, totoque
Conventui Sanctissimae Trinitatis et quorumvis eorum succes-
soribus, Medietate fisco camerae Apostolicae, ad sol-
vendum applicandam vel etiam eorundem censuras Ecclesiasticas
per Reverendum dominum loci ordinarium hac pro tempore
existentem vel quascunque sententias directas, et declaratas
contra illos propterea fulminandas subiciendoque ~~[illegible]~~ obli-
nos et successores nostros camerae Apostolicae, S. domini nostri
Papae, eiusque camerarii, vicecamerarii, Auditoris
et viceauditoris, et aliis quibuscunque iudicibus

Iudiciatis iurisdictioni, coertioni, compulsioni, iuribus
et rigoribus, per quos et eorum quemlibet volumus et
expresse consentimus, nos et successores nostros
posse, et debere cogi et compelli excommunicationi,
aggrauari, ad plenam et integram dicti vadij, et
pene pecuniarie solutionem, ac omnium et singulorum
damnorum, interesse, et expensarum occasione predicto-
rum forsan faciendorum, et sustinendorum refectionem
et restitutionem, doli mali, et in factum actioni,
ac alijs quibuscunque exceptionibus, et remedijs
iuris quibus se contra premissa tueri, et defendere
possimus, successoresque nostri possint, penitus expresse
renuntiari, In quorum omnium et singulorum fidem
presentes nostras literas manu subscripsimus, et sigil-
lis nostris appensis communiuimus, Datum in Mo-
nasterio nostro Tinecen, die [illegible] Anno domini 1578

Arenda ville Węgrzÿnowice

Stephanus dei gratia Rex Polonie etc.
Significamus presentibus literis nostris quorum interest
vniuersis, et singulis, Quod comparentes coram
nobis et actis Cancellarie nostre, Reuerendus venera-
bilis et religiosi Andreas Brzechwa diuina pro-
uidentia Abbas, Michael Zoranski Prior et Cu-
stos, Michael a Tuchow infirmorum Prepositus,
Augustinus subprior, Jacobus Pilznen Celera-
rius, Andreas Procurator, suo, totiusque Conuentus
Monasterij Tinecen nomine Nereden a Lexxis Palati-

nalibus, districtibus, juribusque et jurisdictionibus
suis, alijsque quibusvis proprijs ac de, bonis [illegible]
soribusque suis omnibus iurisdictioni nrae, quo ad
actum sunc incorporan et subiecta, Recedem etia
a priori inscriptione, oiçone infrascriptorum, cora
nobis, et actis Cancellariae nrae facta, eaque cassar
et annihilan atque summa, quae vigore ipsius inscri-
ptionis de villa Wygrzhnowice debebatur in statu
et conditione pristina, vzt bona sua villae Praed
nic reducen et transferen libere, publice, et per
expresse recognoverunt, Quia Nobilibus Lauren
Koldutkowic a Solkowice juris utriusque Licentiato
et Catherinae coniugibus, bona sua, Conventusque sui
feria vzt villa cum praedio cum Wygrzhnowice
in terra et districtu Crac consisten, cum et sin-
gulis eiusdem villae colonis, utilitatibus, fructibus,
proventibus, redditibus, obventionibusque attinen
et pertinen universis quomodolibet ad eadem bona antiqui-
tus spectan et provenien nullis penitus exceptis
ita late, longe, circumferentialiterque, prout haereditas
praefatorum bonorum se in suis metis, et limitibus ex-
tendit, ad vitae eorundem coniugum extrema duntaxat
x Vid tempora et cuiuslibet eorum superstitis superui-
ven, et non ultra arendaverunt, et in arenda con
cesserunt, prout arendant, et in arenda concedunt
praesentibus, incipien eandem arenda a festo
Ascensionis domini Nri Jesu Christi in anno pro-
ximee venturum, Ratione cuius quidem arendae, de

bonis supramemoratis, praefati coniuges, et quilibet eorum
superstes, et supervivens, Abbati Andreae
Brzechwa nunc et pro tempore existenti, totique Conven-
tui Tinecen, debebunt, et tenebuntur, singulis
annis quo advixerint, incipien ab anno proxime
venturo, 1584 Summa centum et quinquaginta
florenorum pecuniae, cursus monetae, et numeri Polonicalis,
quemlibet florenum per 30 grossos computan, pro
festo Sancti Martini Episcopi, solvere, realiter, et in
effectu, et ad Monasterium illorum Tinecen infer-
re, sine quavis conditione, et excusatione, et
quietationem manualem sub titulo, et sigillo, nunc
et pro tempore existentis Prioris eiusdem Conventus Ti-
necen accipere, Pro anno vero praesenti 1583
tantummodo 25 marcas pecuniae, cursus monetae,
et numeri Polonicalis iidem coniuges, ex eisdem bonis Wiegrzy-
nowice, praedicto Abbati et toto Conventui Tinecen,
solvere tenebuntur et erunt astricti, Realemque
iam exnunc praenominatus Abbas, cum toto suo Con-
ventu, in eiusmodi bona Wiegrzynowice, tales
eisdem coniugibus, ad vitae eorundem extrema tempora filiisque
ipsorum ad sexennium arendata, dant, et admittunt
intromissionem, et actualem, pacificamque possessio-
nem, per ministeriales terrestrem quemcunque sibi elegerint
duxerint, praesentibus, per officium praesens addito, per
ipsos Laurentium Dutko: et Catherinam coniuges
et quemlibet illorum superstitem et supervivientem, filiisque
ipsorum bona praefata tales ipsis arendata, cum
omni iure dominio, et proprietate, omnibusque et sin-
gulis utilitatibus, fructibus, proventibus redditibus

censibus, et obventionibus universis nil excipien[do], te-
nen[dum] haben[dum], utifruen[dum] pacifficeq[ue] et quiete possiden-
d[um] ad vitae eorund[em] coniugu[m], et cuiuslibet eoru[m] superstit[is]
extrema t[em]p[or]a. Post morte[m] vero p[rae]fatoru[m] coniugu[m]
p[rae]sens Nobilis Joannes Dudka, aut success[or] eoru[m] le-
gitimus, rumationem de bonis p[rae]fatis, ad decursu[m] sex
annoru[m] libera[m] habebit, cu[m] hac conditione certa
quod omnia onera, prout et antecessores illius, quolibet
anno exequi et adimplere debebit et anni cuiuslibet re-
dam, pro quolibet festo s[an]cti Martini, suma[m] vi[delice]t 150
florenorum pecuniae, cuius mon[etae] Polon[icalis] durante huiusmodi ru-
mationis sex annorum, sic nunc et pro t[em]p[or]e existenti
Abbati, et toto Conventui Sinecen[si] dare, et solvere
tenebi[tu]r et erit astrictus. Quicquid successor p[rae]nomina-
toru[m] coniugu[m] Joannes Dudko, elapso sexennio su-
prascriptae rumationis suae, debebit et tenebi[tu]r sic nunc
et pro t[em]p[or]e existenti Abbati, et Conventui suo Sinecen[si]
sine quavis solutione sumae vel sumae pecuniaris, tam
pro aedificiis, q[uam] pro alia quavis restauratione, et repa-
ratione in eadem villa, ad utilitatem ipsi[us] eiusdem libere tra-
dere. In eisdemq[ue] bonis Wyrzbinowice, co[n]seminationem
hiemalem, et aestivalem relinquere, 4 vaccas mulsibiles
et 4 iuvencas, sues 4, et 4 porcellos unius anni
10 anseres, et 10 gallinas, item pro victu familiae
4 metretas alias Zwiertnie siliginis, 2 metretas tri-
tici, 2 metretas ordei, una[m] metretam pisae, una[m]
metretam milii. Suppellectilem domesticam vi[delice]t
mensas, sedilia, scamna, cebry, dziecki, dzezvi, Za-
wiasy, Zamki, stoly, stlane, in eisdem bonis, ita uti
p[ro]missum est relinquere, debet et tenebi[tu]r. Quicquid

coniuges, sicut cora nobis, et actis prae-
sentibus personaliter stantes, recedendo a terris
et Pallatinatibus, districtibus, iuribusque et
iurisditionibus suis, alijs quibusuis, proprijs,
et se cum bonis et successoribus, suis omnibus
iurisditioni prae(se)nti, quo ad actum hunc in toto in-
corporando subijciendo, ipse Laurentius Dutko-
per se, ipsa vero Caterina, cum assistentia
mariti sui, et cum consensu praestatanto
nobilium Nicolai Laskowski, et Joannis Sclapski
sicut personaliter stan(tium), ad infrascripta o(mn)ia, et
singula, sibi consentientium, recedendo an omnia,
a priori inscriptione per Reverendum Abbatem et
suum conventum Tinecen(sem) ipsis Laurentio Dutko-
et Caterinae coniugibus facta, eamque cassando et
annihilando, atque summam, quae vigore ipsius
inscriptionis, ex villa Wegzynowice, ipsis
debebatur in statu et conditione pristina
bona vero praedicta reducentes, et Abbate,
ac Conventu consentiente, transferendo libe-
re, publice, et perceptissimo sunt, et se su-
osque successores, super omnibus bonis suis he-
reditarijs, et obligatorijs mobilibus et im-
mobilibus, summisque pecuniarijs, in quibus-
cunque bonis sibi inscriptis, et quolibet generis
cuiusque iuri et iurisditioni subiectis, habitis
et in posterum habendis praesentibus inscribunt,
et obligant. Quod si pro aliquo anno, pro
tempore superius assignato, summa Abbati

et suis conuentui, de bonis praefatis Węgrzynowice,
solutas neglexerint, seu alter eorum neglexerit,
extunc in crastino eiusdem festi, solutionis arendae
constituti, et superius expressi, realem intromissio
nem, et actualem, pacificamque possessionem, in eadem
bona, debebit, et tenebitur dare, et admittere, quin
tum eorum superstites, et superuiuens, sicut nunc et
pro tempore existenti Abbati, et suis toto conuentui
in eadem bona tanquam sua propria et haeredita
ria, cum omnibus fructibus, et prouentibus conuerte
bis, et per hoc nulla violentia, sicut coniugibus
seu alteri eorum superuiuenti faciant. Quam intro
missionem cum possessione, iidem coniuges, quouis modo non im
pedire nec per se, nec per quasuis submissas et sub
ordinatas personas, et obligant, sub vadio mille
florenorum Vngaricalium, in auro, auri puri veri et
iusti ponderis, sicut nunc et pro tempore existenti Abbati et
toto Conuentui tenere, ad soluendum succumbendo.
Insuper contributiones, dationes, tam Sacrae Regiae
Maiestatis, quam Reipub., siue consipationes frumentorum
[illegible] decimas quoque omnis grani, et alia one
ra, cuiusque personarum ex antiquo seruiendo ipsi con
iuges, durante vita eorum, et successores illorum
Post mortem vero ipsorum ad expirationem usque praefatorum
suis sex annorum numerationis suprascriptae, singulis
annis, dare et extradere liberi. Incolas quoque
villae praefatae, ad insuetos labores, tantummodo
tres dies in vna septimana laborare, non alio
quouis loco, nisi in eadem villa Węgrzynowice,
non extorquere, possessionesque ipsorum, tam in agris
pratisque hortis, prout ex antiquo sunt in possessione.

et de partibus quoniam vero [illegible] minime, se submi-
serunt, et submittunt praesentibus, ac inscri-
bunt, et obligant sub vadio simili florenorum
mille in auro Hungaricali eidem nunc et pro te-
pore existenti Abbati, et toto Conventui Tine-
censi, ad solvendum succumbendum. Liberumque erit
in bonis bonorum praefatorum, villae Wygaszynowice,
in quibus mixti sunt, a praefato arendatore,
sive cuilibet illorum, illata sibi ad praefatum nunc
et pro tempore existentem Abbatem et Conventum eius
Tinecensem tamquam ad dominum suum haereditarium, confugere.

x vid. Praeterea ipsi coniuges, adiudicato sub [illegible] sibi,
et Terminario eorundem suprascriptorum sex annorum
post mortem illorum numerationis, submiserunt se, et
praesentibus submittunt super eisdem bonis suis,
ubilibet et quolibet habitis et habendis mobilibus
et immobilibus, cuiuscumque iuri et iurisdictioni sub-
iectis, vigore prioris contractus, et recognitionis
coram Reverendissimo loci ordinario factae, latius in
se tenentis, unum et medium laneum agri in fundo,
et haereditate villae maioris Łęgowice eiusdem Con-
ventus Tinecensis haereditatis, altaristae nunc et pro
tempore existenti altaris tituli, Corporis Domini, et Sancti
Longini, in Ecclesia gloriosae Virginis Mariae
in circulo Cracoviensi sitae, semper intactum liberum
et pacificum facere, cum suis successoribus perpe-
tuis temporibus, ~~perpetuis temporibus~~ Neque ipsum
et suos posteros, in eisdem agris, molestare et
iniuriari, sub poena iuris annui, vigore iurium
et privilegiorum suis, marcas 20 pecuniae com-

cessoribus suis, silentium perpetuum imponendo. ~

Nos itaque prae oculis habendo tantum illius erga nos
conuentumque nostrum affectum et beneuolentiam, volendo
illum in posterum deuinctiorem, et alacriorem nobis et
conuentui nostro reddere, eidem Nicolao Kozanowski
et Annae coniugibus legitimis ac cuilibet illorum su,
perstiti et superuiuenti, villam nostram Dolany ad
praedium nostrum in Ksiąznice pertinentem et ex antiquo
legitime spectantem, cum eiusdem villae cmethonibus,
et eorum agris, pratis, laboribus ad praedium nostrum
in Ksiąznice, antiquitus solitis dationibusque et oneri,
bus omnibus, ac cum censu annuo, nihil excipiendo nec
pro nobis, nostrisque successoribus reseruando, ad vitae
eorundem coniugum, et cuiuslibet illorum, superstitis et su,
perviuentis postrema tempora et non ultra, dedimus,
et praesentibus literis nostris damus, et conferimus, per
ipsos Nicolaum Kozanowski, et Annam coniuges, ac
illorum quemlibet superstitem et superuiuentem, praefatam vil,
lam Dolany cum omni iure dominio et proprietate, om,
nibusque et singulis eorum prouentibus et vtilitatibus su,
perius nominatis, tenendam habendam pacifice, quieteque
possidendam, ad illorum vti praemissum est, vitae postrema
tempora, Hoc tamen adiecto, et speciali interpo,
sito, ad quod praedictus Nicolaus Kozanowski, prae,
sentibus libere consensit, submisitque se, pro ne,
cessitate nostra, conuentusque nostri singulis annis
durante vita eorundem coniugum ex bonis nostris
siue praedio in Ksiąznice, Vectione alias podwoz

frumentorum omnis grani, siue seminis aestiualis, at hiemalis, colonis praefatis bis in anno, ad tectum et Monasterium nostrum Sinderen, persequi, et in effectu complere, in parte [illegible], quibusuis exceptionibus et tergiuersationibus, Insuper quod attinet agrum desertum antiquum in eadem villa nostra Doliany quem subditis nostris praefatis, ansa equali diuisione, tunc et stipem concessimus, illum praedicti coloni nostri, tenebunt, et possidebunt, iuxta concessionem nostram priorem, oneraque vero census, et prouentus, siue de eodem debent, tenebunturque praedictis coniugibus. Item Siluam circa ripam Fibulae quercina dictae olszyny totam et integram, illesamque reseruamus sibi et successoribus nostris, conuentuique nostro, Excepto quod per abruptionem ripae Fibulae praefatae, cadere debet, hoc liberum erit praefatis coniugibus, ad vtilitatem illorum conuertere, Promittentes insuper pro nobis ac nostris successoribus, legitimis, quod durante vita eorum coniugum, neque nos ipsi, neque successores nostri, praenominatos coniuges, de praedictis bonis, siue colonibus quinque, sic eisdem per nos datis amouemus, nec amouemus, successoresque nostri amouent, nec eximere possint, neque admitti alicui, nec etiam pro mensa sua et alia quauis de causa, et necessitate. Post mortem itaque et de hac luce decessum, praefatorum coniugum, cuiuslibet illorum, superstitis, et superuiuentis, praedicti coloni quinque ad nos, et Conuentum nostrum, libere redibunt, sine ullo impedimento, et conditione successorum praedictorum coniugum, atque sine quauis solutione, summa, vel summarum quarumcunque. In cuius rei fidem et sigilla nostra [illegible], Datum in [illegible], die 17 Februarij Anno Domini, 1581

Villa Chrząstowka data Alberto Baranowskj

Andreas Brzechwa divina vocatione Abbas Albertus Westhowski Prior, Custos, et Capitulus in Sieciechow etc. Significamus etc. Quia nos de unanimi consensu omnium nostrum ac de certa scientia, voluntateque nostra perspecta habentes ingenua virtute, et in servitijs nostris diligentia, ac fidelitate, Dni Alberti Baranowski, quibus se nobis non sine fideli constantia, sedulo inserviendo, reddidit commendatus, Cupientes itaque fidelitatem, atque illius affectum gratia, et beneficentia nostra compensare, villam nostram Chrząstowka cum praedio scultetiali, dandam, donandam et conferendam duximus, damusque donamus, et per praesentes literas nostras conferimus, cum omni iure, et toto dominio, ad ipsius Alberti Baranowski extrema vitae tempora cum omnibus, et singulis, cmethonibus et hortulanis, taberna, censibus, fructibus, redditibus, dationibus, proventibus, iuribus pertinentijs, et obventionibus universis, Necnon cum omnibus, agris pratis silvis nemoribus, gajs, rubetis pascuis, Piscinis Molendino, quolibet ab antiquo de iure spectantibus et pertinentibus et prout sunt in suis limitibus, perpetuis sita, et firmata, Per ipsum Albertum Baranowski praefata bona villa Chrząstowka una cum praedio praefato scultetiali tenendum, habendum, utifruendum, pacificeque et quiete possidendum, ad ipsius vitae extrema tempora Nil nobis et successoribus nostris in eisdem bonis villae Chrząstowka ipsius vita durante reservando, Hoc unico excepto Quia idem Albertus Baranowski pro mensa

fratrum nostri Conuentus Sinecen, quolibet anno, cen-
census, seu arendae, per flo. 30 in moneta Polonica
pro festo Sancti Martini Pontificis, Capetia Caseorum
et olla butiri, duorum florenorum valoris quoadmiserit
dare, et soluere, tenebitur, et erit astrictus, etc.
Quod uero attinet granities, aut limitationes praefatae
villae, et in pace, et tranquillitate sint, et vistant tene-
bimur nos, et successores nostri, ad eas faciendas tanquam domini
hairij venire, et facere, Praefatus vero Albertus Ba-
ranowski, tenebitur omnes sumptus, subpeditare, tam
nobis quam amicis nostris. Post mortem vero et de fac-
to decessum ipsius Alberti Baranowski, bona praefatae
villae Chrzastowka, cum praedio eiusdem, ac cum omnibus iu-
ribus pertinentiis, superius descriptis, ab antiquo spectan-
tia ad nos successoresque nostros, Conuentumque nostrum, cum ple-
no iure, et toto dominio, redibunt ac deuoluentur, sine
conditione, ac renitentia successorum vel amicorum eius
Alberti Baranowski Ita tamen quod in eisdem bonis,
heres ipsius Baranowski vaccas 3 imprimis re-
quere, tenebuntur, Pro victu vero domestico copu-
cortetos 20 siliginis, quartam feni, acervum horde-
i, vel loco acerui auenae, corpus 50 Ordei vero, Lini
Pisa et Milium per duos corttos similiter relinquere
tenebuntur Insuper omne genus frumenti, vel semi-
nis quodcunque in terra seminatum fuerit, absque omni condi-
tione, successorum ipsius Alberti Baranowski, ad nos,
et Monasterium nostrum libere, cum omni iure, et toto
dominio, ut superius tactum est, deuolui et rediri
debetur In cuius rei fidem etc. Dat.

quod quadiu ... ex vixerit, neque nos ipsi neque successores nri, bona predicta sibi adimemus, adimereque non permittemus, successoresque nri non adiment neque permittent, pro mensa nra, fratrumve nostrorum, neque alia quavis etiam gravissima de causa, verum eundem in advitalitate eius praefata, et usufructu eorundem bonorum, conservabimus, successoresque nri conservabunt et erunt astricti, In quorum omnium et singulorum fidem et evidens testimonium etc. Datum in Monasterio nro Tinecen. feria quarta post festum Paschae proxima Anno domini 1.5.7.5.

Villa Opatkowice data Valen[tino] Grüsczinskj
(supra: fratre Praepositi)

Nos Andreas Brzechwa divina providentia Abbas Albertus Westkowski, Prior, Custos, et Praeceptus totusque conventus fratrum monasterii Tinecensis etc Significamus, Quia nos proventus bonorum nostrorum villae dictae Opatkowice, circa oppidum Proszowice, ad mensam nram successorumque nrorum augere, et ad maiorem effectum quam in hactenus fuit deducere cupientes, Quandoquidem tantum 80 flos percepimus et pro decima manipulari post agros cmetonales 40 marcas percipimus, Cum huiusmodi bona villa Opatkowice D. Valentinus Gruszczinski de Lipno, per antecessores nros in annualem pensionem, seu arendam et modo ad decursum certorum annorum, in literis privilegii sui

desuper a … biti descriptorum, qu
nondum sunt elapsi … rotata, proindeque tan
Tandem ipse Valentinus Grusczynski, non obstantibus
nobilitatis privilegij sui, spatioque annorum sibi ser
uientium Nobis id ab eo postulatum et summopere indigen
adductus, et permotus, affectione nostra erga, 136 flo
renorum Et pro decima suprascripta, eiusdem villae 40
marcarum pecuniae polonicae monetae et numeri de eisdem bonis villae
Opatkowice, nobis, nostrisque successoribus, singulis an
nis, dare, pendere, solvereque tenebit. Quare nos
ac benevolentia ipsius nobis ab eo exhibita cognita,
ipsi soli eiusmodi bona villae Opatkowice, cum om
nibus, et singulis, ad eandem villam pertinentibus et quo
uis modo spectantibus, nullis penitus exclusis, imo in
eandem arendam, omnibus inclusis ac si hic de nomine
et cognomine specificata, et expressa essent, una
cum decima manipulari tota et integra, post cmetho
nes, et incolas eiusdem villae, ad vitae ipsius extremum
diem, et tempus, Et post ipsius de hac luce decess
um filio suo Nicolao, ex Nobili Barbara filia Gen
erosi olim Nicolai Poplanski, Capitanei nostri Scavinen
comique ipsius legitima procreato, et eiusdem Nicolai
Grusczynski successoribus, Vel eo tunc temporis, duran
te vita eiusdem Valentini Grusczynski, ex hac luce, dece
dente, illi cui ipse Valentinus Grusczynski, ordinatione
sua infrascriptos annos, possessionem determinare vo
luerit, ad quod nos praesentibus consentimus, ad
15 annorum decursum immediate sequentem, et a morte
eiusdem Valentini Grusczynski, tunc incipientium, ac co

nibus plenarie determinantia, pro eiusmodi summa
136 florenorum in moneta, et pro decima manipulari super-
rius nominata pro 40 marcis pecunie, communis pollicis mo-
neta et numeri in regno currentis, ac pro 100 coretis avenae
mensurae Proszovien, in arendam locandam et conferendam
esse duximus, quemadmodum locamus, et conferimus
praesentibus literis nostris, Quamquidem pecuniarum summam 136
florenorum, ac pro decima 40 marcis pecuniae in moneta
Poli et 100 coretis avenae mensurae Proszovien ex eis-
dem bonis sicuti praemissum est sibi Valentino Grusz-
zinski ad vitae extrema tempora, et quamdiu ipse vixerit
et ex hac luce post eius decessum ad 15 annorum de-
cursum in arendam ipsi Nicolao filio eius, concessis
per nos eiusmodi bonis, praedicti Valentinus Grusz-
zinski et eius filius Nicolaus, aut eiusdem Nicolai suc-
cessores, vel ille cui hoc ordinatione sua, sicuti prae-
fertur per eundem Valentinum Gruszczinski commissum fu-
erit, pro quolibet festo Sancti Stephani Martiris annis
singulis, durante eiusmodi advitalitiali ac deinde
annuali arenda, nobis et successoribus nostris, dare sol-
vere, pendere, tenebuntur, et erunt astricti. Ea conditi-
one adiecta ad quam nos Abbas sedulo consentimus, et
pro tempore existente successorem nostrum Abbatem Tinecensem
faciendam explendamque, sub eius conscientia, ac regulari
obedientia astringimus, et obligamus, oneramusque
quod ex eisdem 40 marcis pecuniae, pro decima manipu-
lari eiusdem villae Opatkowice, 20 marcis pecuniae singulis
eisdem festis, Sancti Stephani quolibet anno, duran-
te eiusmodi arenda praedicti arendatores, nunc et pro

tempore certo Priori, tineremur pro fundatione Ca
pellae, qua nos Abbas, ad laudem et honorem Dei Om
nipotentis, et pro remedio saluteque animae nostrae,
a fundamentis sumptu suo, hic in Ecclesia erreximus,
et eiusmodi annuo perpetuo censu, ex eadem decima
bonorum suprascriptorum 20 marcarum pecuniae, accedente ad
id consensu, et autoritate, confirmationeque Domini Do
mini loci ordinarij sui pro consolatione fratrum Mo
nasterij huius, nunc et pro tempore existentium donauimus
dotauimus, assignauimusque perpetuis temporibus
persoluenda, dare, soluereque iidem arendatores debent
sine ulla conditione, praedictorum Abbatum successorum
nostrorum, pro tempore existentium et uenientium, De quibus
quidem 20 marcis pecuniae, idem et pro tempore existens Prior, ab
eisdem arendatoribus perceptis, nomine fratrum Monasterij
praedicti, eosdem arendatores bonorum praedictorum, nunc et
pro tempore existentes uel uti praemissum est, successores quibus
Nicolai Gruszczynski, aut eis cui hoc ordinatione co
missa fuerit, quietatione literali, quietare debebit,
Post expirationem uero aduitalitatis, quibusdam Valentini
Gruszczynski, uel post decursum praefatorum 15 annorum
nos, siue successor noster, pro tempore existens Abbas, Con
sensu praedictum ex decima superius nominata, 20 marcas
uel ipse cui bona praefata, quocunque iuris titulo, in tenuta
uel arenda concessa erunt, soluere tenebimur et tene
buntur, temporibus perpetuis, praedicto Priori nunc et
pro tempore existenti, singulis eisque festis, Sancti Stephani
Martiris. Si uero iidem arendatores, nunc et pro tempore
existentes, tam aduitalitialis, quam etiam annualis, in persolutione
nobis aut successoribus nostris eiusmodi arendae negligen

fuerint, Extunc nobis, eisdemque successoribus nostris
liberum erit, in bona superscripta ingreditare, et
ibidem tamdiu manere, bonis eisdem, et prouentibus
utifrui, donec nobis, siue nris successoribus, arenda
predicta, integre persoluta fuerit, Post expirationem
vero superspecificati temporis, et spacio arendae, quam
nos, et successores nri, eisdem arendatoribus supraseri
bitis, nunc et pro tempore existen, firmiter tenere, et inuio
labiliter obseruare tenemur, et pollicemur, Prenominatus
arendator, pro tempore exns, siue idem Nicolaus
Grusczinski, aut eius successores, vel ille cui hoc or
dinatum fuerit, tenebuntur, eiusmodi bona, villam Opat
kowice, nobis, siue nris successoribus, libere, absque
ulla perturbatione, difficultate, prohibitioneque inx
ta frumentarium rerum ibidem relinquen facta dimit
tere, In quaquidem bona, et res ibidem relinquendas, nobis
et successoribus nris, liberum erit, tanquam in sua propria
ingreditare, ingreditare, et per hanc ingreditationem, nulla
violentia eisdem arendatoribus, pro tempore exntibus
siue existenti facimus vel facient, Quae omnia et
singula, superscripta, ut debitum robur obtineant, fir
miterque per nos, et successores nros, manu teneantur,
obseruenturque, sigilla nra in maius testimonium pub
sunt subappensa, ex et manibus proprys m...
Datum in Monrio nro Tinecen feria 2a post festum
beati Lucae Euangelistae, Anno Dni 1.5.7.9

Item Valentinus Grusczinski clausit extremum diem vitae suae
die 10 10bris Anno Dni 1.5.8.6 Cracouiae in domo sibi oppigno
rata penes delubrum diui Petri Apostoli, in platea Castrensi,
Sepultus vero die 12 mensis Marcii Anno Dni 1.5.8.7 in Ecclia
diui Francisci ibidem Crac. Requiescat in S. pace, Amen et fideliu

Area in Tyniec data Stanislao Januszowski

In nomine Domini Amen. Omnia gesta, quae in tempore fiunt etc. Proinde nos Andreas a Brzechwa, Divina providentia Abbas, Albertus Wyszkowski Prior, Custos, et Praesbyteri infirmorum, etc. etc. una cum toto Conventu nostro significamus, Quia nos de scientia certa, et unanimi omnium nostrum voluntate Attendentes, multa prompta, atque fidelia obsequia, Nobilis Stanislai Januszowski, quibus se nobis, a pluris annis, et fere, à minorennitate sua, ad hocusque tempus, Conventuique nostro gratum, atque commendatum reddidit, fideliterque impendit, et impendere non desistit, volentesque illum ad futura nobis, et Conventui nostro devinctiorem, et alacriorem efficere, Partem seu sortem, bonorum nostrorum, in bonis seu villa nostra Thyniec, infrascriptam videlicet Aream alias Siedlisko, Halinbszynskie dictam, quam aream una cum agris, pratis, hortis, et adiacentiis eius omnibus ipse Stanislaus Januszowski, consensu nostro ad id accedente, de manibus cuiusdam Alexii Iwanowski, cuiusdam quocunque iuris titulo possessoris, summa certa pecuniae, videlicet centum marcarum monetae pollicae in regno currentis, qualibet per 48 grossos computando, exemit et liberavit, Et sunt illius adiacentia, et pertinentia, Imprimis hortus sub monte dicto Wielkanoc, penes hortum Jadamkowski sita una, et agrum in pascuario extirpatum, videlicet incipiendo a via ~~sub monte suprascripto~~, ad [illegible] nostrum [illegible] pertinentem, ex altera partibus, quem agrum in pascuario,

extirpatum vocit incipien a via sub monte supscripto Wielkanoc ex villa Tyniec ad hereditatem et fundum Skotniki tenden usque ad aliam viam in rippa Sibtulae a villa praedicta nostra Tyniec ad Kostrze tenden ita late, longe, et circumferentialiter prout ipse ager pro praedio nostro Tincen fuit et est toxxatus, ad praefatam arream Halubzynskie, et cum prato in confinio, alias wkonczu tej roli penes viam praedictam in rippa Sibtulae sitta usque ad fluuiolum dictum Gzernica adiungimus, adscribimus, et partibus liris nostris associamus, Item hortum sub monte praedicto Wielkanoc ex vna, et sub monte alio Krzywodziza dicto ex altera partibus, vna parte stadium vnum 60 sulcos, alia parte duorum stadiorum 56 sulcos, in se continen, ibidemque pratum alias stawisko dict, Item agrum alias Niwy, dicto Jadamkowska sub monte Bogucianka nuncupat penes viam quae tendit a villa Tyniec, ad villam Skotniki Item agrum alias Niwy penes viam vnius stadij quae tendit ex villa Tyniec, ad oppidum Skawina, przy wąwozie, Item agrum in confinio, alias skraia, penes viam praedictam ad oppidum Skawina na Grodzisku, iuxta agrum Komolkowej, duorum stadiorum, sulcos 100 in se continen, Item Pratum sub hereditate villae Skotniki, penes pratum Kuninensium prata hortulanorum villae nostrae Tyniec, Item Pratum na Zazabrawiu, penes pratum Knapowa et Sarnawskie, a piscina vsque ad flumen Sibtula. Adiungimus etiam ad praedictam arream Halubzinska pratum penes agrum dictum na Pluzny brzegu, ad praedium nostrum Tincen pertinen

Tandem mihi visa est sufficere hec descriptio locorum possesionis eius, de reliquo supersedere, Quum idem Janisʒowski, certo certius dicatur habere, aliud privilegium posterius in quo descripta est advitalitas eius, tum et consortis sue, secundi matrimonii, Cuius privilegii exemplum, diligenter inquirendo, habere non potui,

Sidzina data Jacobo Dziektarski minorenni,

Andreas Brzechwa divina providentia Abbas, Albertus Westkowski, Prior, Custos, et praepositus infirmorum, nec non ac totus Conventus fratrum monasterij Tinecensis, significamus, Quia nos habentes rationem fidelium servitiorum Nobilis † Nicolai Dziektarski quae nobis, et antecessoribus nostris Conventuique nostro, ab ineunte aetate sua, continua tantaque exhibuit, et exhibet, ut merito illius ad nos petitioni pro filio eius Jacobo factae, non debere deesse videamur, Quae quidem illius petitio haec nimirum est, ut omnibus his bonis, per antecessores nostros ad vitae eiusdem Nicolai Dziektarski et eius coniugis Magdalenae extrema tempora datis, et concessis, post utrorumque eorum ex hac luce decessum praedicto Jacobo filio eorundem coniugum ius nostrum advitalitatis, praedictorum bonorum utifrui, tenere, et possidere daremus, et concederemus, Nos vero considerantes rem esse non levis momenti advitalitate praedicti Jacobi eiusmodi bona onerare Verum tamen, peti,

tioni eiusdem Nicolai benigne annuendo eundem filium eius
Jacobum gratia nostra, et beneficio amplecti volentes
animadvertentes etiam, quod servitia praedicti Nicolai
Dzieltarski parentis sui, in custodiendis actionibus
nostris, Conventusque nostri iurisditiis non sine illius
magna impensa expediri non possunt, Praemissis
itaque, et eius diligenti cura, sollicitudineque permoti
ut eundem devinctiorem nobis, Conventuique nostro ac eius
successoribus nostris efficere possemus, Haec eadem omnia
et singula bona prout ea idem Nicolaus Dzieltarski
ad praesens tenet et possidet, eisque utifruitur, nullis
exclusis, Et ad quod addimus, partem prati, dicti Gor
ki, iuxta signa in terra ibidem facta, in fundo Tinerend
iarend et extirpatione rubetorum supra et ex opposito,
agrorum Niwy nuncupat, pro agris excolendis quemad
modum id sibi prius concessum est, quae quidem extirpatio
incipere debet a fossa in monte, sita et extendere se
debet ad signa in quercubus, et truncis sitis, in
eisdem rubetis existentibus ad instar crucis, per nos facta,
versa ad pratum dictum Gorki et eadem signa in ea fa
cta, versus meridiem se declinando admittimus, Quibus
idem Nicolaus Dzieltarski cum sua Conjuge Magdalena
ad vitae eorum spatium utifruentur, At post eorum
decessum ea praemissa bona, eidem Jacobo Dzieltarski
in tenutam et possessionem ac usufructum ad spatium
et decursum 15 annorum proxime se incipiendum, et
plenaris, ac inclusive, determinando, damus concedendum
et conferendum dedimus, uti quidem iam iam ex nunc, prout
ex tunc, et ex tunc, prout ex nunc, ac de facto damus

128

contulerimus, et concedimus, ita quod post eiusdem Nico-
lai, et Magdalenae coniugum, parentum vero, dicti Jacobi
decessum, eisdem bonis, omnibus, et singulis, idem Jacobus
Dziektarski, a decursu superexpressi temporis, 15
annorum, utifrui, tenere, possidere, incipiet, et integre
eosdem 15 annos continuabit, Nil nobis pro illo tem-
pore sicut et nunc, et per spatium eorundem annorum, successo-
ribusque nostris, inde utilitatis, iuris, dominiique reservan-
tes excipiendo. Excepto dumtaxat, censu annuo, duarum
marcarum pecuniae, pro custodia Ecclesiae nostrae Tinecensis
de bonis, in literis advitalitialibus ei exemptis, speci-
ficate dare convento, quem censum custodi Tinecensi
pro tempore existenti, singulis quoque anni temporibus, du-
rante eiusmodi temporis spatio, per media marca
pecuniae, solvere idem Jacobus tenebitur et erit astrictus.
Post expirationem vero praedictorum 15 annorum, bona prae-
dicta ad nos, Conventumque nostrum, sive ad successores nostros,
pleno atque integro iure, devolventur. Demptis omnibus
rebus mobilibus, ex eisdem bonis, agrisque in fundo Tra-
uinta, per eundem Nicolaum Dziektarski empti, et in post
emendati, quae successoribus eius liberi et dent, sine ulla
nostra, nostrorumque successorum contradictione. Si vero con-
tigerit, ex permissione divina eundem Jacobum, priusque
praedictos parentes suos, vel post eorum mortem non dum ex-
terminato eorundem annorum spatio de hac luce decedere,
extunc eosdem 15 annos, vel id quicquid eorundem annorum
remanserit, Severinus, frater germanus, eiusdem Ja-
cobi exterminabit, usufructum, et possessionem, eiusmodi
annos continuabit, libere, quiete, et pacifice, per-
mittendo pro nobis, Conventuique successoribus nostris, ac Con-

ulentu nro, quod id Jacobus Dziektarski, siue ulla
nra nostrorumque successorum conditione, vel frater
suus Henricus, prout superscriptum est, eorundem predi
ctorum stipendium possidebitque ad decursum supra
expressi temporis, Nec alicui ius nostrum vel suc
cessores nri in et super ead bona dabimus, nec da
turi sunt. Imo vero si aliquid tam a nobis, siue
successoribus nris, per obliuionem, vel scitu ac volun
tate, alicui perdonarum datum fuerit, id totum irritum
et inane erit etc. In cuius rei fidem etc. etc.
Actum et datum in Monrio Tinecen. feria 6ta in
festo Pentecosten Anno 1580

Super sculteciam in Klodawa,

Andreas Brzechwa, diuina patientia Abbas, Albertus
Westkowski, Prior, Custos, ac infirmorum Praepositus, etc.
totusque Conuentus Monrij Tinecen. etc. Significamus,
Quia nos prospicientes, ne bona Ecclesiae, ad
monasterium nostrum Tinecen. pertinentia, vacua pos
sessoribus, ac tamquam inutilia destituantur, Habentesque
rationem studiorum erga nos exhibitorum, olim Vince
ntij Bronjowski, ac Baltasari filij sui, nuper demortui
sculteciae nrae in villa Klodawa possessoris, volentes
post mortem praefatorum Bronjowskich erga eorum suc
cessores, maiorem exhibere beneuolentiam, Nobilibus
Petro, et Jacobo Bronjowskiem filijs praefati vero Bal
tasari fratribus germanis, quorum integritas, et

erga nos studium, nobis et illorum praedictis antecessoribus
ex ipsa experientia, maxime est cognita et perspecta,
et cuius sculteciae ipsi Broniowskij post praedictum fra-
trem suum Baltasarum vigore privilegiorum suorum, sum-
ma 800 florenorum pecuniae curs monetae et nummi Polonici in Re-
gno currentis, per 30 gr computat, in se continentium
ad praesens sunt possessores, Eandem sculteciam in
villa nostra Klodawa existente, animo libero maturoque consi-
lio intra se praehabito, dandam et concedendam duximus,
damusque et concedimus per praesentes literas nostras ad
vitae extrema tempora ipsorum Petri, et Jacobi Broniowskich
omnibusque superstitibus eorum et non ultra, Hoc ad-
iecto, quod post mortem et decessum cuiuscunque eorum
alter quilibet eorum superstes, sculteciam praedictam obtine-
bit, et possidebit, usque ad mortem suam, Insuper promitti-
mus, et spondemus, pro nobis et successoribus nostris
protempore existentibus, praedictos Petrum et Jaco-
bum Broniowskie, durante vita cuiuslibet ipsorum non
exemere, Neque pro necessitate, sive mensa, et Coquina
nostra Nec cuipiam conferemus consensum ad exemend-
per ipsos Broniowskie dicta scultecia, tenenda ha-
benda, pacifice, et quiete possidenda, iuxta contine-
ntia literarum, per praedecessores nostros antecessoribus prae-
dictorum Broniowskich concessarum, Summaque mille
florenorum pecuniae curs praedicta in se continentia, Quas
literas, nos in toto prout in se continentur, appro-
bamus, et ratifficamus, vendenda, commutanda alie-
nanda, et in usus ipsorum beneplacitos convertenda
consensu tamen nostro speciali ad id accedente,

Post morte vero, et decessu praedictorum Brozyowskieg et cumbhe superstitibus eorum, quamprimum successoribus eorum per nos, vel successores nostros, vel per eum cui nos ad id consensum praebuerimus, summa praedicta, mille florenorum pecuniae communis in literis originalibus descripta, numerata, et reposita, fuerit, sculletia praedicta ad nos et successores nostros pleno iure redibit iuribus tamen nostris, per omnia saluis ibidem permanentibus, In cuius rei fidem etc. Datum in gere et Monasterio nostro Tinecen feria 5ta post Dominicam Inuocauit proxima Anno domini 1574 etc.

Taberna in Modrzany data Benedicto seruitorj

Andreas Brzechwa diuina uocatione Abbas, Michael Franski, Prior, et Custos, etc. Totusque Conuentus fratrum monasterij Tinecen etc. Significamus, Quia nos de unanimi consensu omnium nostrum, ac de certa scientia, voluntateque nostra Perspectam habentes ingenuam virtutem, et in seruitijs nostris diligentiam, ac fidelitatem honesti Benedicti a Kalisz organistae, ac seruitoris nostri, quibus se nobis, non sine fidei constantia sedulo inseruiendo reddidit commendatum, et in posterum paratus est Cupientes itaque fidelitatem eiusque illius affectum gratia et beneficentia nostra compensare, Eidem Benedicto, et uxori suae futurae primi matrimonij

si ipsi ea ex divina providentia habere contigerit, et
cuilibet illorum superstiti et supervivienti, Tabernam no-
stram, in villa nostra Modrzany, ad praedium nostrum ma-
ioris Ksiąznice, pertinentem in qua residebat laboriosus
Stanis Gwozdz cum uxore sua, eiusdem tabernae possessor,
Cum omnibus, eiusdem tabernae, agris, pratis, hortis, et
aedifficijs, quae aedifficia, ipse Benedictus parata
suma pecuniae propria videlicet, centum florenorum pecuniae
praedicto Stanislao Gwozdz, et uxori eius, consensu nostro
ad id accedente, et praesentibus approbante persolvit realiter
et de facto, Ad quam tabernam, adiungimus, et ad-
scribimus, pratum dictum Dybrzowska Łąka, et agrum
hortulanis Nyszkowska, in fundo, et haereditate nostra
praefata maioris Ksiąznice, consistentem, Necnon ex spe-
ciali gratia nostra volentes eundem Benedictum, nobis Conven-
tuique nostro atque pro tempore existenti Abbati, promptiorem
et alacriorem reddere, eidem et uxori eius futurae pri-
mi matrimonij, si ipsam habebit, certam quantitatem
agrorum in haereditate bonorum nostrorum, villae et praedij
maioris Ksiąznice, in campo dicto Lowala, iuxta
assignationem, et dimensurationem nostram, in usufru-
ctum liberum, et quietam, pacifficamque possessionem, ad
vitae eiusdem Benedicti, et uxoris eius primi matrimo-
nij si ipsam habebit, extrema dumtaxat tempora, dan-
dam, et gratiose concedendam esse duximus, prout da-
mus, donamus, et concedimus praesentibus literis nostris,
Vigore cuiusquidem concessionis, et donationis nostrae praefatus
idem Benedictus cum uxore sua futura primi matrimonij
et quilibet illorum superstes, et supervivens tabernam

praedicta in Modrzany cum omni iure, domus et propri-
etate, ac cum superscriptis omnibus, eiusdem attinentiis, ac
prato, et agro hortulaniae praefatae Wilgkowska, taliter
ipsi tabernae adiunctis atque etiam certa quantitate
praefata agrorum in campo Lowaba separatim et seorsive,
ipsi concessa tenebit, habebit, paciffice, et quiete
possidebit cum omnibus fructibus, utilitatibusque com-
modis nullis exceptis, ad tempora vitae eiusdem Bene-
dicti Calissien et uxoris eius futurae, primi matri-
monii et cuiuslibet illorum superstitis et supervivientis extre-
ma et non ultra Qui quidem Benedictus Calissien et
uxor ipsius primi matrimonii futura si eam habebit
et quilibet eorum superstes, et supervivens, tenebitur sive
tenebuntur, nobis, et Conventui nostro, nunc et pro tempore
existenti Abbati, Tincensi, durante iure ipsorum Advi-
talitiali quo advixerint singulis annis pro quolibet
festo, Sancti Martini Pontifficis, Censum annualem
hoc est de taberna praedicta, et eius agris, pratis et
hortis, per flor. 2 et gr. 12 et lapid. sebi, Atque
ex agro hortulaniae praedictae Wilgkowska, pro et
prato Dybgonska per marcas 2 pecuniae et Capones 2
solvere, et pendere. Quem quidem Benedictum Calissien
atque ipsius uxorem, ita uti praemissum est futuram pri-
mi matrimonii et quemlibet illorum superstitem et su-
pervivientem, eximimus a potestate, et iurisditione of-
ficialium, nostrorum Ksieznensium et Tincensium nunc et pro
tempore existentium exemptum ipsi soli, hoc est nunc, et pro
tempore existens Abbas, omnibus de se conquerentibus
iustitia competente de eisdem administraturi sumus
Ipse vero ex decreto nostro, omnibus notificare se de-
bent

siue debebit, atque eosdem siue eundem superstitem et super-
uiuentem liberum facimus, ab oneribus omnibus, quomodo
solitis, et praesertim a vectionibus, alias od odwozow,
et Podwodis ubicunque locorum. Promittimus insuper pro
nobis, et successoribus nostris, quod eundem Benedictum Cali-
siensem et uxorem eius futuram primi matrimonij siue
quemlibet illorum superuiuentem, de praedicta taberna, et sup-
rascriptis eius adiacentijs, adiunctis, et ad usumfructum
specialem sibi prius concessis quoad uixerint, neque nos, neque
successores nostri, amouebimus, neque cuipiam amouere permitte-
mus, neque pro necessitate siue coquina nostra aut aliqua
de causa. Imo eosdem siue eundem in pacifica tenuta et pos-
sessione, usufructuque, ad uitae eorundem siue eiusdem extrema
tempora conseruabimus, successoresque nostri conseruabunt.
Post mortem uero, et de hac luce decessum praefati Benedi-
cti Calisiensis siue eius uxoris, et ita ut praefertur futurae
et cuiuslibet illorum superstitis taberna praefata cum omnibus
supellectilibus, adiacentijs, sibi adiunctis, et certa quanti-
tas praefata agrorum in campo Lowaba, specialiter ipsis,
ad uitam concessa Cumque aedificijs omnibus constructis
totaliter et pleno iure, ad nos et Conuentum nostrum suc-
cessoresque nostros redibit, redireque debet. Soluta tamen
per nos uel Conuentum nostrum, successoresque nostros succes-
soribus eorundem coniugum, summa suprascripta pecuniae Centum
florenorum per praedictum Benedictum pro aedificijs praefato
stao Gwozdz exposita. Hoc etiam adiecto, et specialiter
interposito si in praedicta taberna siue eius area, duran-
te uita ipsius, praedictus Benedictus cum uxore sua
futura, siue aliquis superstes, et superuiuens de no-
uo aliquid necessario construxerit, siue construxerint,
extunc post mortem eorundem duo amici, ex utraque parte,

assumpti, omissa edificatione taxabunt, Nos vero iuxta illorum taxationem iustam, successoribus eorundem coniugum summam ad aedificia effecta per eos vel eu exposita sine consensu nostro successoribusque nostri, solvere tenebimur, et sumus astricti, Res vero mobiles quibuscunque vocitentur nominibus, successores eorundem coniugum, libere pro se tollent, et accipient, etc. In cuius rei fidem etc. Actum et Datum

Super Sculteciam in Kolanow,

In nomine Domini Amen, Nos Joannes Longowski Divina providentia Abbas, etc. Significamus tenore praesentium quorum interest omnibus, et singulis etc. Quia quemadmodum Reverendus olim Vincentius Baranowski Abbas antecessor noster consensu suo, una cum Conventu praedicto Generoso olim Nicolao Macisiowski, ad exemendum sculteciam in villa nostra Conventusque nostri Kolanow dicta existentem dederat, et concesserat, vigore cuius consensus certam summam pretia scilicet 460 flor. monetae, et monetae Polonicis ad eiusmodi exemptionem idem olim Nicolaus Macisiowski exposuit, realiterque et in effectu, iis quibus intererat persolvit. Postea cumque idem Nicolai Macisiowski morte eiusque sculteciae successorum legitimorum abeat sculteciam quacunque causa divisionem, seu condescensionem resignationemque Generoso Tomae Wolski salinarum Bochnensium Ponderatori, consensu nostro Conventusque praedicti nostri ad exemendam praedictam sculteciam, in praenominata villa

Kolanow

de manibus praefatorum Successorum praedicti olim Nicolai
Maciiowski, in loco nostri Capituli, omnes unanimi omnium
nostrum consensu, beneque deliberati dedimus, et con-
fessimus, prout praesentibus damus, concedimus, Quiqui-
dem praenominatus Tomas Wolski, praefatam summam
pecuniarum videlicet 460 florenos accedente supscripto
consensu nostro, successoribus praefatis praedicti olim
Maciiowski dedit, persolvit, realiter et in effectu,
Supplicavitque nobis, ut eidem Tomae Wolski, hanc talem
ipsius emptionem, et exemptionem, iuste, et legitime factam
praesenti nostro privilegio inscriberemus, approbaremus
confirmaremus, ratifficaremusque Quam nos aliaque
omnia in isto privilegio contenta, inscribimus, appro-
bamus, confirmamus, et ratifficamus, praesentibus
Civis nostris. Sed quia praenominatus Tomas Wolski
nobis, Monasterioque nostro, in multis reddidit esse com-
mendatum, ipsi Tomae Wolski, Successoribusque eius le-
gitimis, 440 flos pecuniae numerati, et monetae in Re-
gno consuetae, Quam summam pecuniae videlicet 440 flos, ab
ipso Toma Wolski, pro necessitate nostra Conventusque
nostri accepimus, in effectumque levavimus, in et super
laboribus omnibus, censibusque ac rebus omnibus, et sin-
gulis, subditorum obventionibus, dationibus, contributio-
nibus, nullis penitus exceptis, ipsorum subditis praefatae
villae Kolanow, silvaque et prato Swiboch in dicta
quae singula inferius describentur ad summamque Ca-
pitalem supscriptam videlicet 460 florenum adscribendam et
adiungendam esse duximus, prout adscribimus, et
adiungimus praesentibus, ita videlicet quod ipse, et ipsius
Successores legitimi, super Sculletia praefata laboribusque

chmetorum, et censu, reliquisque omnibus, et singulis da-
tionibus, chmetorum superscriptis, habebit et habebunt
prout iam habet, et habent, 900 flo[re]nos pecuniae numerati,
et monetae communis Regni, Remittimus etiam eidem
Tomae Wolski, silvam dictam Swieboszin, simul cum pra-
to eidem silvae adiacente in fundo, et haereditate villae
nrae Pogwizdow, consistentem, de manibus nobilis
Bartholomei Sobonijowski, in eadem villa nra Pogwiz-
dow sculteti, exemere, Quam quidem silvam simul cum
praedicto prato, ad eandem sculletiam in Kolanow, perpe-
tuis temporibus adiungimus adiunctaque esse volumus
Quam nos, nostrique successores, ab hac sculletia aliena-
re nolumus, eamque alijs personis, exemere non permit-
temus, Damus etiam eidem Tomae Wolski, eiusque suc-
cessoribus, ratione summae pecuniariae, per eum ut sup-
scriptum est expositae, post chmetones, et incolas
nostros omnes, qui tunc ibidem in villa nra Kolanow sunt
labores omnes diurnos, nobis praestari solitos, una cum
censibus, reliquisque omnibus, et singulis dationibus
chmetorum superscriptorum, superque eosdem subditis, su-
perioritatem omnem, ad ipsorum coniugum, eorumque fi-
lios natu maiores, superstite extrema vitae tempora,
De quibus laboribus, et censibus, ac dationibus prae-
dictis, nil nobis nostrisque successoribus, dare, solvereque
tenebuntur Praeterque ratione censuum, et superioritatis
nostrae, pro festo S[an]cti Martini tenebitur nobis da-
re, et persolvere, annis singulis, florenos duos in
moneta et non amplius, Post quorum decessum praedi-
cti labores, census, ac dationes chmetonales, praedictae
ad nos successoresque nros, liberae redibunt, reposita
tamen prius summa, 440 florenorum, super eosdem labores

censibus, dationibusq[ue] omnes subditorum p[rae]dictorum per
eundem Toman Wolski exposit. Hoc etiam pro rato
habere volen[tes], ut si quid pecuniarum p[rae]dictus Tomas
Wolski, et eius successores, pro aedificiis, sculletiaeq[ue]
Colanowiensis meliorationibus, ac agrorum, silvarum, pra-
torum exemptione, extirpatione, piscinarum exclusione
et melioratione, exposuerit, p[rae]dictos aut agros, sil-
vas, vel prata, pro comoditate sculletiae p[rae]fatae, ad
eandem sculletiam appropriaverit, applicaveritue, de
p[rae]dicta exemptione, aedificiis ac sculletiae reforma-
tione, claris testimoniis, autenticisq[ue] documentis
ille successoresq[ue] illius, edocuerint, ac demonstraverint,
talem summam in meliorem conditione sculletiae, prae-
dictae exposita, nos successoresq[ue] n[ost]ri, illi eiusq[ue] suc-
cessoribus legitimis, plenarie exsolvend[am] promi-
mus, praesentibus. Ac summa 20 marcarum monetae et
numeri Polonicalis, qua ipse pro silva Swiebod
dicta, et prato persolverit, ad summa capitalem ad-
scribimus, volen[tes] etiam insuper eundem Toma Wolski
uberiore gr[ati]a, et benevolentia prosequi, ipsi eiusq[ue] le-
gitimae coniugi ac filiae natu maiori superstiti, eisdem
eandem sculletia cum tabernis hic descriptis, cumq[ue] om-
iure, et dominio, ac proprietate, necnon cum omnibus
eiusdem sculletiae proventibus, utilitatibus, fructi-
obventionibus, laboribus, iuribus, libertatibus prae-
gativis, ad ipsa sculletia, quocunq[ue] titulo, vel no[m]i[n]e
spectan[tibus], et pertinen[tibus], per eum Toma Wolski, eiusq[ue]
coniuge, ac filia suprascriptis tenen[dam], haben[dam], possi-
den[dam], utifruen[dam], pacificeq[ue] obtinen[dam], ad eorum vitae
extrema tempora. Concedimus etiam ipsi Toma Wol-

cuiq3 coniugi, ac filiis, plenariam, et omnimodam facul-
tatem, praedictam Sculletiam cum exactione laboribus
censibus, et reliquis dationibus, utilitatibus, ven-
dendi, commutandi, cuicumque voluerint alienandi, nostro
tamen consensu prius ad id accedente, salvo etiam
iure, et superioritate nra, haereditaria super hac Sculle-
tia permanente, Promittimus etiam eundem Thomam
Wolski eiusque successores sic descriptos, [illegible] Scul-
tetia et laboribus [illegible] ac censibus,
et reliquis dationibus praedictis, quoad superstites ex-
titerint, non eximemus, neque per se, neque per alias per-
sonas, tam pro coquina nra, quam etiam pro aliis neces-
sitatibus nris, Conventusque nri, neque consensum
alicui, super exemptione dabimus. Si vero, post
expirationem praefatorum coniugum eorumque filiis, nos hac
summa superscripta, quae est super Sculletia 460 flos
et alia super labores census, ac dationes singulas,
440 flos non reponeremus, vel quis accedente con-
sensu nro, et successorum nostrorum non reponeret simul,
et semel, sine quavis summae praedictae totalis dis-
membratione, prout ipse hanc summam nobis, Conven-
tuique nro exposuit, tantisper successores praefati Thomae
Wolski [illegible], tam Sculletiam cum laboribus, censibus, da-
tionibusque subditorum, suprascriptis, aliisque omnibus
in hoc privilegio nro descriptis, pacifice sine omni
molestia, impeditioneque nra et successorum nostrorum,
tenebunt, et possidebunt, quousque summa totalis, per
ipsum Wolski exposita, superscripta in manus successorum

ipsius persolventur, restituenturque, Quae omnia et sing[ula] promissa, rata, et grata, perpetuis temporibus habere [vo]lumus, et Successores nostri, ipsisque omnibus, robur per[pe]tuae firmitatis, adiicimus, In cuius rei fidem et testimonium etc. Datum in Tyniec, die Mercurij ultima mensis 8bris Anno Domini 1565.

Super predium Garbek, Dobko[wi]

Andreas Brzechwa Divina providentia Abbas, Michael Hozarski, Prior, et Custos, etc. Totusque Conventus [no]strum Monasterij Tinecen[sis] etc. Significamus, Quia no[s] certis rationibus adducti, et perpendentes erga nos et monasterium nostrum, sincerum complacendi, et bene[me]rendi studium, Generosi Felicis Dobek Iowzowski[?] [vo]lentesque ipsum et Nobiles, Ioannem et Foelicem fratres germanos filios eius legitimos in posterum nobis, et Conventui nostro, ad inserviendum promptiores, et devinctio[res] efficere, Et atque certum predolum dictum Garbek in su[b]urbio nostro Tuchovien[si] consistentem per antecessores pos[ses]sores eius, penitus desolatum, et in aedificijs labefact[atum] desertumque, ad meliorem conditionem, nempe in aedifi[cijs] construendum, adducere cupiendo aliisque certis etc. causis, predioli dicti Garbek in suburbio Tuchovien[si] consist[entis] post mortem Nobilium olim Bartholomei Cieszkowski [et] Catherinae coniugum, eiusdem praedioli Garbek iure ad[vi]talitio, tenutariorum, ad nos Conventumque nostrum, legiti[me] spectans et devolutum, Quod prediolum ipsi Ioannes et Foelix Dobkowie certa pecuniae summa, sexaginta [...]tury

tur viginti marcarum in moneta Polonicali qua sum-
mam pecuniae, praefatus olim Bartholomeus Ciesskowski,
consensu speciali antecessoris nostri ad id accedente,
certos agros exemerat et ad praedictum Praediolum
Garbek adiungendos exposuit, De quo in actis advocati-
tiis oppidi nostri Tuchow lucide constat, et manifeste
apparet, de manibus successorum praedicti olim Bar-
tholomei Ciesskowski et Catherinae coniugum consen-
su nostro pariter ad id accedente, exemerunt et liberaverunt
Cum omni iure dominio, et proprietate, omnibusque et
singulis, dicti praedioli Garbek proventibus utili-
tatibus, fructibus, redditibus, et obventionibus, emo-
lumentis, commoditatibus, hortulanijs, adhaerentijs spe-
ctantibus, siluis, piscinis, piscarijs, agris, pratis cam-
pis, hortis, nihil nobis, nostrisque successoribus, in ibidem
iuris dominij et proprietatis, praeterquam solutionem
census annualis, pro festo Sancti Martini singulis
annis, videlicet 4 flor. grossos 10 et denarios 6 pecuniae monetae
Polonicalis, iuxta regestra nostra reseruando seu
excipiendo praenominatis Nobilibus, Joanni et Foelici
Dobkom, Lowczowskiem, fratribus germanis, ad extre-
ma vitae eorundem tam coniunctim et cuilibet eorum se-
orsim tempora, superstiti et superuiuenti dandum con-
ferendum, et gratiose concedendum, esse duximus, Prout
damus, conferimus, et gratiose concedimus prae-
sentibus literis nostris, Jamque ex nunc eisdem Joanni
et Foelici fratribus, et cuilibet illorum superstiti, et
superuiuenti, in totum praediolum Garbek damus, et
admittimus, realem intromissionem, et actualem pacifi-
camque possessionem, cum vsufructu quieto, et pacifico
per Ministerialem terrestrem quemcunque sibi ad intromitten-

elegerint, Ita tamen quod praefati Joannes et Fe-
lix Dobkowic, et quilibet illorum superstes, et super-
viuens, superius nominatum Praediolum Garbek
cum omnibus, ita ut praemissum est, et singulis attinen-
et pertinen[tiis] vniuersis, ita vale, longe, circumferen-
tialiterque prout hereditas eius, se in suis metis,
et limitibus, extendit, et prout socii praedictus olim
Bartholomeus Cieszkowski, et Catherina coniuges,
tenuerunt, et possidebant, ita quod generalitas speci-
alitati et specialitas generalitati in nullo derogare que-
ant, tenebunt habebunt, possidebunt libere et
pacifice, sine quauis Conditione nostra, Conuentusque
nostri et successorum nostrorum, ad vitas suas dumtaxat
extrema tempora, et cuiuslibet illorum, superstitis et super-
uiuentis, et non ultra, Qui quidem, Joannes et Fe-
lix Dobkowic, fratres germani seu alter eorum super-
stes, et superuiuens, debebunt, et debebit, nobis,
sine, nunc et pro tempore existenti Abbati, de eodem praediolo
quoad uixerint, censum annualem supraspecificatum
singulis annis pro quolibet festo Sancti Martini, Pon-
tifficis, per certum nuntium nostrum, ad percipien[dum] cen-
sus nostros, ex bonis nostris submontanis, per nos
cum regestris missum, requisiti, sine obstinati
fuerint, vel fuerit, soluere, realiter, et in effectu,
Dationes quoque Contributiones, siue conscripatio-
nes, tam Sacrae Maiestatis Regiae, Reipublicae, quam decima
manipularem, omnis grani, et seminis, post
agros praedioli praefati Garbek, Ecclesiae nostrae
Tuchoviensi, siue eius praeposito, ex antiquo perti-

dare et extradere, sine quavis difficultate, et condi-
tione, tenebuntur, et erunt astricti, Hoc etiam ijsdem
fratribus mutuo cauendo, quod si quid ijdem fratres
in praedicta tenuta sua, siue praediolo Garbek de nouo
necessario, sumptu suo proprio, durante vita eorundem con-
struxerint, siue alter eorum construxerit, siue aedifi-
cauerit, extunc post expirationem iuris praesentis
per nos ipsis concessi, duo amici ex utraque parte
assumpti, praemissa noua aedifficationem taxabunt,
Nos vero, siue successores nostri, secundum taxam illorum
iustam, et dignam, successoribus eorundem fratrum resti-
tuere, et resarcire tenebimur, et tenebuntur, Promit-
timus insuper pro nobis et successoribus nostris,
quod durante vita eorundem fratrum et cuiuslibet illorum
superstitis, et superuiuentis, eosdem de praedicto prae-
diolo Garbek non amouebimus, successoresque nostri
non amouent, Nec cuipiam consensum nostrum ad exi-
mendum dabimus, tam nos quam successores nostri, Neque pro
mensa, et necessitate nostra, aut alia quauis de
causa, Imo eosdem fratres, in pacifico usu, et
quieta possessione, eiusdem praedioli Garbek conser-
uabimus, successoresque nostri conseruabunt, Insuper
ex speciali gratia nostra, eisdem Joanni, et Fedrici fra-
tribus germanis, et cuilibet illorum superstiti et su-
peruiuenti, eorumque successoribus, ad summam praedictam
centum et viginti marcarum pecuniae per ipsos succes-
soribus praedicti olim Bartholomaei Cieszkowski, in exem-
ptione praedioli praedicti, Garbek depositam, summam 30
marcarum pecuniae, communis Pol. in eisdem bonis nostris, prae

dicti praedicti, adscribimus, et ad praefata originale summam adiungimus, praesentibus literis nostris, ita quod praefati Joannes, et Fœlix Dobkowic, fratres germani, vel eorum succesores, summae principalis si, mul iunctae 150 marcarum pecuniae tunc currentis monetae, et numeri Polonicalis, in bonis nostris praefatis, praedioli Garbek habebunt, et habeant, Post mortem vero, et de hac luce decessum praedictorum fratrum et cu, iuslibet illorum superstitis, et superuiuentis, praediolum praedictum Garbek, cum omnibus, et vniuersis attinen, et pertinen eius supranominatis, nullis exceptis, ad nos siue succesores nostros Conuentumque nostrum, tota, liter, et pleno iure redibit, et deuoluetur, sine quauis conditione et impedimento succesorum praedictorum fratrum, Soluta tamen, vel solutis, summa vel summis, pecuniariis, per nos vel suc, cessores nostros Conuentumque nostrum, succesoribus praedictorum fratrum ita ut promissum est, tam pro aedifficiis per eosdem factis, nouiter extruendis, quam 150 marcarum pecuniae, modo superscripto, per nos adscripta, et simuliuncta, Saluis tamen juribus et superioritate nostra, succesorumque nostrorum, ibidem per omnia manen, In cuius rei fidem nostra Sigilla nostra sunt appensa Datum in Castro et Monasterio nostro Tincen die 2 mensis Januarii, Anno Domini 1.5.84

Super Sculteciam in Kamiennica Keszyckj

Andreas Brzechwa Divina providentia Abbas, Clemens Siracki Prior, et Custos, etc. totusque Conventus fratrum etc. Significamus etc. Quia quemadmodum nos habita ratione benemeritorum et fidelium obsequiorum, Generosi Jacobi Keszycki, quibus se nobis et Praedecessoribus nostris, Conventuique nostro, plurimum reddidit commendatum, volentesque ipsum nobis, nostroque Conventui, reddere promptiorem, Prioribus literis nostris sic consensimus, et admisimus, Advocatiam sive Sculteciam in villa nostra Conventusque nostri Kamiennica de manibus Generosorum Jozephi, et Alberti Kowalowskich seu aliorum quorumvis, ius et interesse ad ea se habere putantium, eiusdem Advocatiae modernis possessoribus, iusta pecuniarum summa, in privilegio originali expressa, rata tamen non aucta, si vero non fuerit descripta ex tunc iuxta commune Regni statutum, pensata, qualitate et quantitate, fructuum, proventuum, et redditum, et annuerbarum obventionum, eiusdem Advocatiae redimere, Prout praenominatae literae nostrae, consensus, latius in se testantur, Qui quidem Jacobus Keszycki Actum iuridicum commissionis, ratione praemissorum omnium, seu Advocatiae praedictae, in villa nostra Kamiennica, feria quinta ante festum Nativitatis Sancti Joannis Baptistae proxima Anno praesenti vgt 1.5.8.7 celebrat, sub titulis Nobilium Joannis Brzechwa de Wrzata Burgrabij, et terrestri Castri Golebs, Andreae Kotaglowski Jo-

nmjs Brzezinski, Petri Sluzowski, et Stanislai Bie-
sowski, Commissariorum, eiusdem negotij rectorum, sigil-
lis eorum obsignat, et manibus proprijs subscript,
omni vitio suspicionisque nota carentem, imo illaesum,
et intactum, iusteque et legitimo juris ordine factum,
coram nobis, Conuentuque nostro, exhibuit, quem nos in
toto, et totum in omnibus, eius punctis clausulis, con-
ditionibus totum processum, et decreta eorundem Co-
missariorum nostrorum, taxationemque praedij, lanei,
Molendini, vna cum illius emolumentis annuis,
censibus, tabernali, et chmetonali, et laboribus sub-
ditorum, Iurium etiam omnium prouentuum, et vtilitatum,
nullis exceptis, singulariter singulis, et in genere
omnibus, per incolasque villae Kamiennica, (de judi-
cio, seu officio Commissariali, bene, ac sub iuramento
examinat) factam, Summamque pecuniariam, 450 mar-
carum Polonicalium, quamlibet 48 grossis pecuniae com̃is
in regno currentis computandam, ex taxatione juridica,
judicij, seu officij suprascripti, collectam et coadunatam,
Ita prout de his omnibus, decreta juridicam siue
officiosam praefatorum Comissariorum, nostrorum, latiorem
in se continet effectum, Summa praedicta per Iudi-
cium Comissariale adinuenta, et adiudicata, ac per
dictum emptorem persoluta, Omnia suprascripta,
pro rato et grato habentes ita uti Comissum est, con-
firmamus, approbamus, et ratifficamus, robur
debitae et perpetuae firmitatis, obtinere decernentes
Cui quidem Iacobo Kozicki eandem gratiam, et beni-
uolentiam vlterius declarantes, et demonstrantes, prae-
sentes literas nostras priuilegij originalis, eidem,

Jacobo Kobyłecki, atque Nobilibus, Joanni et Adamo, fratribus germanis, eiusdem Jacobi Kobyłecki filijs legitimis, et cuilibet illorum superstiti, et supervenienti super bona omnia et singula, eiusdem Advocatiae siue sculteciae, in villa nostra praeffata Kamionnita, dari, conferendum et conferri duximus, prout damus, donamus et gratiose concedimus, tenore praesentium, ita quod idem Jacobus Kobyłecki, et praefati Joannes, et Adam filij eiusdem legitimi Advocatiam praefatam cum omnibus et singulis, eius fructibus, prouentibus, vtilitatibus, et obuentionibus vniuersis, ad eandem Advocatiam ex antiquo spectantibus et quomodolibet prouenientibus, cum omni iure dominio, et proprietate nihil excipiendo, ad vitae eorundem Kobyłeckich Jacobi Patris, Joannis, et Adami filiorum extrema duntaxat tempora, et cuilibet illorum superstiti, et supervenienti, tenebit, habebit, pacifice, et quiete possidebit, iuxta descriptionem et tenorem praesentium literarum, nostrarum. Promittentes insuper pro nobis, et successoribus nostris pro tempore existentibus, quod quamdiu praedictus Jacobus Kobyłecki vixerit, filijque eius praefati Joannes, et Adam vixerint, ipsum et ipsos, a praedicta sculteciae, vlla de causa, et necessitate nostra, conuentusque nostri et successorum nostrorum, non amouebimus, successoresque nostri non amouebunt Nec cuipiam conferendam conferremus, ad semper eundem eundem et eos, superstitem et supervenientem, quoslibet in vsu quieto, et pacifico, eiusdem sculteciae, sic vti praemissum est, conseruabimus, successoresque nostri conseruabunt

Iuribus tamen nostris, et superioritate nostra ibidem
saluis permanentibus, Post quorum quidem Iacobi
patris, et Ioannis, ac Adami, filiorum Kębrzickich
mortem et ultimi possessoris, eiusdem Aduocatiae,
de hac luce decessum, bona praedicta Aduocatiae,
siue Sculthetiae in villa nostra Kamiennica, ad nostram
nostrorumque successorum, dispositionem, totaliter et plenarie
redibunt, et redire debent, Soluta tamen
prius per nos, siue successores nostros successoribus
praedictorum Kębrzickich summa pecuniarum praedicta,
videlicet 450 marcarum, quamlibet 48 grossis computando
quam ex taxatione legitima, iuridica, et
officiali, praefatus Iacobus Kębrzycki, bonorum sculthetialium
praeexpressorum emptor, antedictis Nobilibus
Iozepho et Alberto Kowalowskiem, anterioribus possessoribus
in instanti numerauit, et persoluit, et de eadem
quietatus est, cum successoribus suis. Et tamdiu
successores, eorundem Kębrzickich sculthetiae praedictae
bona omnia pacifice, et quiete, tenebunt, et possidebunt,
donec eisdem per nos, aut successores nostros,
summa praefata, 450 marcarum pecuniae, tota et integra,
simul et semel, fuerit, numerata, et persoluta
fuerit, Dumatione insuper, successoribus praefatorum
Kębrzickich de bonis praefatis, omnibus,
sculthetiae praedictae, a die, et tempore satisfactionis
suae pro summa superius nominata, iuxta iuris
communis, obseruantiam spatio sex septimanarum,
continuas et immediate se sequentium, salua et libera,
vna cum obedientia subditorum, ad eandem Aduocatiam

pertinentium, praesentibus reservamus, In cuius rei fidem et testimonium, [illegible] Datum in Castro, in Monasterio nostro Tincen[si], Die 17 mensis Julij, Anno Domini 1587

Litere super molendinum in Opatkowice conuentuali

In nomine Domini Amen Cum omnes actiones haereditaria liceat, et deceat, solenni literarum testimonio roborari et communiri, ne labili memoria humana, et temporis mutabilitate, huiusmodi actionis approbatio possit antiquari, et deperire, Nos itaque Andreas Griady, miseratione Diuina Abbas, monasterij Tincen[sis] vna cum fratribus nostri Conuentus, vniuersis, et singulis praesentibus, et futuris, praesens scriptum nostrum inspecturis, tenore praesentium nostrarum literarum recognoscimus, ideoque publice profitemur, Quomodo prouidus Joannes molendinator, in villa nostra Opatkowice, coram nobis personaliter constitutus, obtulit nobis priuilegium suum, super haereditaria possessione molendini sui, in praefata villa nostra Opatkowice, Cuius quidem tenor, et forma, sequitur et est talis, In nomine Domini Amen, Confirmari, et enumerari debet, qualibet actio, solenni literarum testimonio ne perire possit prolixitate temporis, et interuallo, Sciat igitur praesentas, et noscant posteri praesens scriptum inspecturi, Quia nos Joannes, miseratione Diuina Abbas Monasterij Tincen[sis] vna cum fratribus nostri Conuentus Recognoscimus

ac publice profitemur, Jacobum Molendinatorem
in villa Opatkowice, vulgariter nuncupata, iuxta flu-
uium Wisla dictum, dimidiam partem molendini unius
rotae, et unum pratum, agellum quoque ab alia parte
piscinae, quo molendinum situm existat, videlicet inter ipsam
piscinam, et inter lacum, ac inter Sanctuarij agros
situm, duos etiam hortulos ab utraque parte molendini
iacentes a multis temporibus retroactis, haereditarie
possedisse, et adhuc possidere, soluens nihilominus
nobis, de nostra medietate dicti molendini, singu-
lis annis, tertiam dimidiam marcam, nunc et tunc cur-
rentem. Porro cupientes, redditus Monasterij nostri,
uberius ampliare, quaedam prata, necnon agros, ac
utilitates, sibi Jacobo duximus annectenda, pratum
videlicet situm inter publicam stratam, quae ducit versus
Wieliczkam, et inter montem, ac inter agros cmethonum
de Opatkowice, item ab altera parte viae superdictae,
agrum a ponte incipiendo, usque ad piscinam molendi-
ni memorati, necnon inter fluuium Wisla, et Sanctu-
arij pratum. Item aliud pratum, situm ab alia parte mo-
lendini inter fluuium saepe dictum, et inter metas
de Swoszow, ac inter montem, necnon inter Sanctu-
arij pratum, Agrum quoque quem tenuit Bartek
iuxta fluuium praefatum, Pratum etiam dictum Hugow-
ka, situm inter gades de Swidzina, ac inter gades
de Opatkowic, necnon inter gades de Kobierzyno,
Ipse vero Jacobus, suique posteri, de dicta dimi-
dia parte molendini, antedicti, necnon omnibus, et

singulis superius expressis, media quarta marca grossorum Pragensium, 48 grossos pro marca computando, nobis, nostrisque successoribus, singulis annis solvere tenebuntur, Damus insuper dicto Jacobo, suisque posteris, lacum parvum iuxta piscina prohiben, [illegible] in eodem lacu ulterius, tanaque ma[illegible]dationem in fluvio hoc ipsis fieri permitten. Absolvimus etiam dictum Jacobum, a Regalibus laboribus, excepta expeditionali solutione, verum si prospero successu plures rotas construxerit, molendini extunc iuxta possibilitatem, ac ordinationem habituram, nobis, ac successoribus nostris, censum maiorem suique posteri solvere tenebuntur. Et quia praefati omnium copia, saepius subtrahitur, et veritas occultatur praesentem paginam, in huius rei perpetuam memoriam sibi donavimus, sigillo nostro, nostrique Conventus roborata, Datum Tinecie, in die sancti Gregorii Papae Anno Domini M. CCC. LX. ij Praesentibus religiosis viris, Stephano Priore, Mathia Albera, rio Wysskone Custode, Alberto Abraam, Vitto, Hangone, Andrea, fratribus monasterii Tineczen, et aliis pluribus fidedignis, Qua si quidem, privilegii forma perspecta, et probe examinata, huius clausula finaliter annexa, dispositionem secuti, Nempe verum si prospero successu plures rotas construxerit molendini, extunc iuxta possibilitatem, ac ordinationem habituram, nobis et successoribus nostris censum maiorem, suique posteri, solvere tenebuntur, Nos igitur tempore nostri foelicis regiminis censum

2 Centes

bona, et prouentus monrij nri adaugeri, et ad ma;
iores fructus, deducere, videntes quia supranoi
minatus Joannes, molendinator in Opatkowice
plures rotas construxit, Proinde ordinauimus,
et ordinamus, Decreuimus, et decernimus, ut
pfatus Joannes molendinator, et sui legitimi suc;
cessores nobis, ac successoribus nris, singulis annis
de dicto molendino, soluat, pfatu antiquu censu
excluden, sex marcas, monete et nri Poloniae in regno
curren, in quamlibet marcam computan 48 grossos,
Nec debebit deinceps, hinc inde, pensata possibili;
tate, et equitate, pluribus sex prefatas marcas, sol;
uere, Et in continenti, supranominatus Joannes
Molendinator cora nobis adstans, hanc ordinationem
nostra, rata, et grata haben, et suscipien, pro se
et suis posteris, a nobis petijt, antiqui sui priuilegij
innouationem, et confirmationem ac pfatae ordinationis
nostra, sic ut praefertur, adiunctione et approbationem,
Cum aut supplicationibus licitis, ac honestis, fauorabi;
lis consensus, non debeat denegari, Proinde antiquu
suu priuilegiu, supra insertu, per has nostras li;
teras, renouamus, et confirmamus, praenominatamque
quoque ordinationem nostra annectimus, et approbamus
a nobis, et successoribus nris perpetue tenenda, In
cuius rei perpetua memoria, ac testimoniu fidele,
praedicta omnia et singula, sigillo nro nostrique Con;
uentus muniuimus, et roboramus, Datum Tinecie
Dominica quarta post octauas Pentecostes Anno Domini
M. D. XXXIII. Praesentibus religiosis viris Mi;
chaele Pelcz feliciter presidente Priore, Jacobo subpri;
ore, et Cantore, Jacobo charnisc Cellerario, Felice,

Mathia Organista, Joanne, Gregorio Custode, fratri-
bus Monrij nri Tinecen, et alijs pluribus fidedignis

Eidem arendatus ager ~~Pieklowka~~ Kościołka

Nos Clemens Siracki Prior et Custos, Sebastianus
Subprior, atq Jacobus à Lezno Thesaurarij, suo et to-
tius Conventus fratrum Monrij Tinecen nominibus
quibus interest, Praesertim Prioribus Conventus nri
Tinecen pro tpe existentibus, ad notitiam deducimus
Quia nos pro debito officii nostri, Comodo mensae
fratrum Conventualium prospicientes, Sicre praesertim
temporibus, quibus Ecclia Dei undique fere oppri-
mitur, et non tantum ab extraneis, verum ab ipsis
bonorum monasterialium possessoribus, redditus nri
sibi nris übertissimi retinentur, atq distrahuntur,
Considerantes agrum quendam dictum ~~Pieklowka~~ Kościołka in fun-
do villae nostrae Opatkowice iacentem, nullo certo agri-
cola excolendum quoniam annuales illius cultores
crescentiam eius, solo beneficio terrae producente
tantummodo spectent humana industria nil adiu-
vante, sensim efficiant sterilem atq inde evanescens
Quapropter dictum agrum ~~Pieklowka~~ Kościołka, cum pratulo sibi
adiacente, ut aliquo certo oeconomo, proprius melio-
ratione gubernari possit, Providdo Jacobo Molendi-
natori nro, de eadem Opatkowice, ad vitae eius extre-
ma tempora arendavimus, prout arendamus prae-
sentibus, dantes, et concedentes illi omnimodam fa-
cultatem dictum agrum, arandi, et seminandi, fru-

ges ex ea percipiendi, similiter ex pratulo fenu
congregandi, et in usus suos conuertendi, si
ne omni nostra, et succorum nostrorum contradicti
one, huic eund Jacobum, quoadvixerit in cultura
agri praenominati conseruaturum, cum successoribus
nostris verbo bono promittimus, De quo quid
agro, idem Jacobus Molendinator, ad mensam Con
uentus nri quoadvixerit nomine census annui
4 flos pecu polonicalis, pro quolibet festo sancti
Martini, dare, et soluere tenebitur, Quem
etiam Jacobum, a solutione decimae manipularis,
ex agro suprascripto, quoadvixerit liberum fore
pronuntiamus, Post morte vero et decessum eius
ex hac vita ager praenominatus Pietlowka cum suo
Koscielca
pratulo, ad nos et Conuentum nostrum, tanquam domi
nos heredes libere redibit, sine cuiuis omni
contradictione, Nihilominus tamen filijs dicti
Jacobi, possessoribus molendini in Opatkowice,
hanc praerogatiua ante alios relinquimus, dum
modo se se probe, et honeste gesserint, et
in nullo conuentui nro contumaces extiterint,
suprascriptum agrum, tenendi, arandi, et utifruendi,
ad instar Patris Jacobi, censu eodem 4 florenorum
mediante, Incuius rei fidem, sigillum nostrum
Conuentuale, maius, praesentibus est subimpressum
Datum in monrio nro Tinecen, feria 6ta post
festum visitationis Beatissimae virginis
Mariae Anno domini, 1.5.8.7

Castrum Golesz datum Joanni Brzechwa

Vide posteriorem infra cum consensu D. coadiutor[is]

Andreas Brzechwa, Divina patientia Abbas, Michael Zorawski Prior, et Custos [illegible] [illegible], Significamus, Quia de certa scientia, et unanimi omnium nostrum consensu ac voluntate, Attendentes multa et prompta servitia Nobilis Joannis Brzechwa de Swarzata, Nepotis et Fratris nostri charissimo et Burgrabii Castri nostri Golesz, quibus se nobis, et Conventui nostro, non sine fidei constantia plurimum reddidit commendatum, Volentesque eundem nobis, et successoribus nostris, Conventuique nostro in posterum ad similia et maiora devinctiorem et alacriorem facere, bona nostra infrascripta Castri Golesz in meliorem conditionem deducere, sibi Joanni Brzechwa et suis legitimis successoribus, bona nostra Conventusque [illegible] hereditaria, videlicet Castrum Golesz, Oppidum Kotaczyce, Kraiowice cum praedio, [illegible] cum praedio, una cum villis alijs, ad hoc idem Castrum nostrum Golesz et praedia suprascripta ex antiquo pertinentibus, Decimisque manipularibus omnis grani, et seminis, post agros et araturas subditorum, villarum ad bona praefata nostra spectantium, Necnon cum omnibus censibus, molendinis, piscinis, silvis, Gajis, rubetis, agris, pratis, campis, hortis, et omnibus utilitatibus,

fructibus, proventibus, redditibus, et obventioni-
bus, dationibus, obedientia incolarum et subditorum
solita, attinentiisque et pertinentiis omnibus, nil nobis
et successoribus nostris ibidem reservando, sed [illegible]
ipsum cum omni iure, dominio, et proprietate,
ad decursum 15 annorum, continue et immediate se
sequentium, Incipiendo a festo sancti Adalberti pro-
xime preterito, in Anno praesenti vero 1584 usque
ad simile festum sancti Adalberti in Anno Domini
1599 proxime tunc venturo se determinandum,
arendavimus, et in firmam arendam locavimus,
praesentibus literis nostris. Qui quidem Joannes
Brzeczka Arendator et Burgrabius in ratione
arendae de bonis nostris, supranominatis Castri
Golesz modo premisso taliter sibi ad decursum 15
annorum arendatis, tenebitur cum suis successoribus,
nunc et pro tempore existenti Abbati Tinecensi, singu-
lis annis, summam 800 florenorum pecuniae, communis
monetae, et numeri Polonicalis, in Regno currentis, quemlibet
florenum per 30 grossos computando, ad ratas tempo-
rum infrascriptas, solvere, et ad manus eius
nunc et pro tempore existentis Abbatis, ad Castrum et
Monasterium nostrum Tinecense, per certum nuntium
suum, mittere, de perceptaque et soluta arenda,
sive rata arendae qualibet quietationes manuales,
sub titulo, et sigillo, nunc et pro tempore existentis
Abbatis Conventu et fratribus irrequisitis
accipere, etc.

Reliquum desideratur, de quo diligenter percontando illud tamen assequi non potui

Villa Zagorzany data Joanni Sulowskj

Andreas Brzechwa divina patientia Abbas, Clemens Siracki, Prior, et Custos, etc. Significamus etc. Quia nos de unanimi omnium nostrum consensu et voluntate, et de certa scientia, certis rationibus adducti, et praesertim volentes bona nostra, Conventusque nostri haereditaria villarum Zagorzany cum praedio et Kwiatonowice, ad [ulteriorem] meliorem utilitatem et commodum nobis, et Conventui nostro, successoribusque nostris adducere, Commendatamque habentes ingenuam virtutem, promptitudinem ac synceritatem servitiorum, erga nos et Conventum nostrum praestitorum, ac in posterum praestandorum Nobilis Joannis Sulowski, olim Generosi Petri Sulowski, judicis Curiae Regalis Biecensis filij, et successoris legitimi, praefata bona nostra, villas Zagorzany cum praedio, et Kwiatonowice, cum omnibus et singulis, adiacentiis, et pertinentiis, eidem Nobili Joanni Sulowski, et successoribus eius, qui etiam superius, post mortem et obitum praedicti olim, Petri Sulowski, et Barbarae Szczepanowianka parentum suorum, et eorundem bonorum modo adultalitatis suae possessorum, ad decursum 13 annorum, a praedecessoribus nostris sibi concessorum, et iam elapsorum, et expiratorum

tenutarius, et possessor extiterat, cum conditionibus infrascriptis, a proxime præterito festo Sancti Joannis Baptistæ, in anno proxime præterito currente 1586 ad decursum 10 annorum, continue et immediate se sequentium, et non ultra arrendavimus, dedimus, et concessimus, prout arrendamus damus, et concedimus præsentibus, literis nostris, cum omnibus, et singulis, dictarum villarum, et prædii commoditatibus, singulisque censibus, fructibus, redditibus, dationibus, proventibus, pertinentiis, et obventionibus universis, Necnon, cum omnibus agris, pratis, silvis, gajis, rubetis, pascuis, piscinis, lacubus, piscarijs, molendino, quomodolibet de iure, ab antiquo spectantibus, et pertinentibus, et prout eadem bona sunt, in suis limitibus, commoditatibusque, in suis statibus, et constitutionibus, sita, et constituta, Necnon etiam, cum omni obedientia, subditorum et incolarum prædictarum villarum, excepto iure patronatus præsentandi plebanum, ad ecclesiam parrochialem, in eadem villa nostra Zagorzany quod salvum pro nobis, et successoribus nostris reservamus, Per ipsum Joannem Sulowski præfata bona nostra Zagorzany cum prædio, et Kwiatonowice, tenendum, habendum, utifruendum, pacifice, et quiete possidendum, usque ad decursum seu expirationem prædicti spatij temporis, 10 annorum se se continue, et immediate sequentium, ita ut supra à proxime præterito festo, Sancti Joannis Baptistæ in anno proxime præterito, currente 1586 incipiendo, et in anno tunc venturo 1596 se determinandum,

Nil nobis, et succoribus nris, comoditatem vel quo, rumuis aliorum usufructum, praeter id quod infra describetur, reservan, seu Accipien, Durantibus ipsis 10 annis, praedicti Joannis Sulowski, et suis successoribus exteriian, Qui quidem Joannes Sulowski, arendator et temitarius, bonorum nostrorum praefatorum, cum suis successoribus, debebit, et tenebitur nobis, et nostris successoribus, durante illius arenda, de bonis nris praefatis, ratione arendae singulis annis, pro quolibet festo sancti Joannis Baptistae, summa 300 florenorum pecuniae, communis monetae, et numi Polonis in Regno currentis quolibet florenum 30 gr computan, solvere, dare et numerare, ac per nuntium suum certum, ad manus nunc et pro tempore existentis Abbatis Tinecen, sine quavis conditione et negligentia procrastinationibusque mittere, et quietationem manualem sub sigillo et titulo, pro tempore existentis Abbatis, irrequisitis fratribus, pro qualibet summa soluta accipere, Fratribus vero Conventus nostri Regularibus, tenebitur dare pro mensa ipsorum, singulis annis, duos boves pingues, duas ollas butiri, valoris florenorum quatuor insuper duas tapetias tabri, Centum ulnas tellae hoc est 50 ulnas tellae Canapi, et 50 Lini, Haec omnia praefatus Joannes Sulowski tenebitur nobis, dare singulis annis, Conventuique nro et libere extradere, durantibus praedictis 10 annis His etiam conditionibus, ad praemissa adiectis, ad

quas idem Joannes Sulowski libere contendit, et
omnia infrascripta, inscriptione firma, coram actis
autenticis, vim perpetuitatis in se haben, vel pro
transportatione, ad acta terria Cracovien, pro
primis, et proximis, terminis terrestribus Cracovien
vel proxima, et proxia, actorum eorundem Crac.
repositione, quod forum ab hinc prius, Cracoviae
celebrabitur, assecurare, super bonis suis omnibus
haereditariis et obligatorijs, mobilibus, et immobilibus,
habitis, et in posterum haben, sub vadio mille flor.
in forma Juris plenissima, solita, se et suos suc-
cessores obligan, In primis quantum attinet
granicies seu limites, in eisdem bonis nris, vel ali-
qua parte eorum, cum quibuscunque bonis, et personis,
factas, et fien, vel amicabilem compositionem
ratione quarumcunque differentiarum, vel iniuriarum quo-
modo inita [illegible] tunc idem arendator, temporis
arendae suae, cum successore suo, debebit, et tenebit
suis proprijs sumptibus, et expensis expedire,
et absolvere, Similiter Actiones, seu Innotescentias
Brachij Regalis, si aliquae importatae fuerint, ad
quodcunque Judicium, seu officium Regni, ex parte
quarumcunque personarum, tam racone fundi eiusdem quam
etiam alia quavis de causa, in bonis praefatis positas,
idem arendator sumptu suo, proprio, actiones, et
causas, et per procuratores suos, coram judicijs
sive officijs, quibuscunque, nomine et ex parte, nunc, et proxime

existentis Abbatis, et sui totius Conventus sincere absolute, et hoc praecavendo indemnitati bonorum nostrorum, praefatorum arendae suae, Labores Regiae viis, ex antiquo ad Biecz solutos, et alia omnia dationes, et contributiones frumenti, et decimas manipulares, et pecuniarum Cuiuscunque praesentium servitia, libere praestabit, Item Excisione lignorum in silvis eorundem bonorum, pro foco tantum, et necessitate domestica, pro reparatione aedificiorum et pro circumseptione sepium, in praedio praefato, Zagorzany eidem dono arendatori, et suis successoribus, liberam damus, et concedimus, Non tamen ad Biecz, et Gorlice donare, et vendere alicui potens erit, Item Subditos nostros omnes, in eisdem villis nostris, arendae suae, existentes, ad indebitos labores, aut dationes, praeter antiquam consuetudinem, non extorquere, neque opprimere, quibus liberum erit, a quibusvis gravaminibus, praeiudiciis, et iniuriis, per eundem arendatorem, cuiuspiam vel eius factorem illatis, ad nos confugere, et appellare, Item Quod non speramus, et quod Dominus Deus avertere dignetur, si contigerit, ipsum a Catholica religione, recedere, et cum inimicis Ecclesiae sanctae Catholicae, remanere, Tali modo, a die et tempore, quibus intentione mutaverit religionis, non gaudebit iure suo praesenti arendatorio, Imo ex ista occasione, iusta, et legitima, irritum,

et manu ius, praesens arendae, decernimus, Et Edifficia omnia, a minori, ad maius, tam vetusta, emendata, quam de novo aedifficata, et constructa, aut piscinae, vel piscinulae, in eisdem bonis nostris arendatis, per eum facta, ad nos redibunt, sine quavis solutione, sumae pro expensis, Excepta tamen piscina antiqua desolata za wsią inter Mszanka villam Regalem, quam si idem arendator noster restauraverit, suis proprijs sumptibus, Extunc in expiratione arendae ultimi anni, eius modi illius expensa, iuxta taxa et estimatione digna, duorum amicorum, ex utraque parte assumptorum restituemus, et successores nostri restituent, Damus, et concedimus, insuper eidem arendatori nostro et suis successoribus, facultate, et potestatem, agros censuales tres, in quibus resident, laboriosi Sliwka, Opeka, Kukulka, in suis summis peccuniarum, eosdem servien, suo proprio sumptu, de manibus eorundem censitorum, eximere, et ad agros praediales, in eadem villa nostra Lezczany adiungere, et associare, Quas sumas, in exemptionem praefatorum agrorum expositas, idem arendator noster, nobis et Conventui nostro donavit, Pro eisdem sibi, et suis successoribus, perpetuum silentium imponen, Hoc etiam eidem arendatori nostro Cavemus, quod si contigerit, ipsum prius, ante expiratione praefati temporis annorum 10 mori et de hac luce decedere, Ex

tunc reliquos annos, per eum non extermatos, uxor
illius futura, vel si sine uxore decesserit,
Extunc propinquior amicus, de linea paterna
sanguine iunctus, libere, et pacifice, extenua-
bit, ad expirationem vero ultimi anni praefati
1596ti solutionem tamen cuiuslibet anni
arendae 300 florenorum pecuniae in moneta Poli
et fratribus nostris, et supra salua reseruata,
Post expirationem vero, arendae praefatorum an-
norum 10 continue, et immediate se sequentium, prae-
dicta bona nostra, villarum Zagorzany cum praedio
et Kwiatonowice, et omnibus pertinentiis supra
scriptis, ad nos successoresque nos ac Conuentum
nostrum cum pleno iure, et toto dominio, redire de-
bent, ac deuoluentur, sine quouis impedimento et
conditione, eiusdem Joannis Sulowski, vel suc-
cessorum eius, Ita etiam, quod in eisdem bonis
nostris, villis ac praedio, post expirationem praefati
temporis 10 annorum, 20 vaccas, relinquere debet
et debebunt, Pro victu vero competenti, unum acer-
uum siliginis, unum acervum feni, unum acervum avenae
vel loco acervi avenae 100 cortecos, Ordei vero
Pisi, Ciceris, et milii, per otto cortecos relinquere
tenebitur, Insuper conseminationem, totalem hiemalem
et aestiualem, sufficienter et in hortis, nobis et
Conuentui nostro relinquere debet, et tenebitur, Resi-
dualitatem vero omnium rerum mobilium in horreis,

forestis, promptuarijs, et cameris eiusdem, ipse Jo-
annes Sulowski siue eius successor, pro se recipere
debet, sine quauis conditione nostra nostrorumque
successorum, Renumeratione etiam, sicque arendatori no-
stro, et eius successoribus, de bonis praefatis aren-
datis, post expirationem arendae, iuxta iuris obseruan-
tiam spatium sex septimanarum, saluum restituamus.
In cuius rei fidem etc. Datum in Monasterio
Tinecen: die 10 mensis Januarij, Anno Domini
1587

Bona Brzÿski data Andreae Brzÿchwa

~~Licet adhuc Dna Pieniążkowa, iure suo in dictis bo[nis]~~
~~usque ad~~ festum Circumcisionis Domini ~~Anni 1590~~ u[ti]
~~debeat~~, Vide posteriorem infra confirmatam
per Dominum coadiutorem

Andreas Brzechwa Diuina Miseratione Abbas, Cle-
mens Siracki Prior, et Custos etc. Significamus
Quod cum animaduertissemus, bona Conuentus nostri
Tinecen: scilicet villas videlicet Brzÿski, cum praedio,
Klodawa, Dambrowa, Wroblowa, Ciazn, et Lipni[ca]
ad eiusdem praedium pertinen: cum molendino in fluvio
Wysloka prope oppidum Brzostek, per multos longos et
varios possessores, a praedecessoribus nostris, collat[a]

[illegible] vide [illegible] hor et [illegible] nr [illegible] Bochnia [illegible] notauit.

et institutos, omni ex parte desolata 1661 in maximum
detrimentum et devastationem deducta, agri etenim
praediales steriles iacent, aedifficia curiae, et prae-
dij ruina in multis suis partibus patiuntur, subditi
nonnulli propter angarias diversas, profugerunt,
nonnulli vero inopia constricti, in eisdem bonis vix-
serunt proventusque ibidem, multo minores redditi
sunt, ita ut nisi diligenti administratione, cum sum-
ptu non exiguo, reparaventur, penitus in desolationem
extremam devenirent. Ad quamquidem administrationem
et bonorum praefatorum reparationem, etiam ex toto nostro
conatu, aspirare voluerimus, eique satisfacere mini-
me possumus, partim quod eadem bona, longe a no-
bis absunt, et inter vicinos molestos, atque iniuriosos
iacent, partim quod sumptus, qui nobis est exiguus,
et quem saepissime, pro alijs nostris, Conventusque nostri
arduis necessitatibus, negotijsque exponimus, non sub-
peditaret, Cupientes tamen, ut eadem bona praescripta
in suum priorem ordinem, administratione iusta, et oeco-
nomia periti possessoris, redigantur, eadem arendan-
da, cum certis conditionibus, bonis praefatis, et nobis
ipsis necessarijs, unde sensim, prudentimque repara-
ri et in priores commodos, restitui poterint, potius
decrevimus, quam a nobis ipsis, sine sufficienti
administratione, et in deteriori conditione, tenenda
et possidenda. Cum igitur ad id negotium pera-
gendum sit nobis industria, et solertia Nobilis
Andreae Brzechwa Capitanei nostri Tinecen. olim Gnosi

Depost vide Cart hor et fundon per patres Magn. D. Stanislaus Lubienski Abbas noster notavit.

Nicolai Brzechwa de Marszta filij, bene perspecta
et nobis familiaris scientia, qui in subditos beni-
gnitas, non magis cognita quam perspecta, Eidem itaque
supscripto, Dño Brzechwa, eadem bona Conuentus
nri Sfria et ipsius successoribus, legitimis, vzt
villas Brzyski cum praedio, Klodawa, Dambrowa,
Wroblowa, Niegloszi, et Lipnica, Molendinum in flu-
uio Wisloka situm, Necnon oppidum Brzostek, cum omni-
bus eorundem bonorum, reddituum, fructibus, prouentibus,
redditibus, attinen: et pertinen: vniuersis, ad eadem
bona et molendinum, antiquitus pertinen: et spectan:
prouenien: Solis tamen censibus annualibus, pecu-
niarijs, ab oppidanis, et villanis, dictorum bonorum, p[ro]
festo Sancti Martini Pontificis, singulis annis, da[ri]
et solui, debitis, et consuetis, Naturisque coluy: alb.
sprawę Kadzieli, Decima manipulari in villa Dambrow-
ka, atque gallis, vel gallinis, ab eorundem qualiscunque valen:
subditis bonorum praefatorum omnium, et singulorum pro-
uenien: pro nobis, conuentuque nro nunc et pro tempore ex-
stan: reseruatis, Quae omnia per famulos nostros Con-
uentusque nri, sine cuius condictione, praenominati Brze-
chwa temporibus suis licitis, libere, percipientur et exi-
gentur, Pro suma 4000 et sexingentorum, florenorum
pecuniae, polonicalis mon: et nu: cois, in Regno c[ur-]
ren: ordine inferius disposito, et descripto persolu[t].
Ad cuius quidem summae ratione Mille flor: pecuniae p[er]
ab eodem Andrea Brzechwa, pro deffensione bonorum
nostrorum Conuentualium, a militibus, sub eo tempore j[...]

terrestri, existen, et bona nostra, undique damnificari non desinen, Tum et reparationi monasterij nostri praefati Tinecen atque aliorum bonorum nostrorum Sacriorum realiter et in effectu percepimus, et numeravimus De quibus mille florenis, pecias, eundem praesentibus quietamus, et liberum facimus, a festo proxime ven turo, sacro Paschae, ad annos 12 continuos, et im mediate se sequen ab anno pnti, et festo praefato Pa schae, videlicet incipien, et in anno domini 1.5.9.9 pro si mili festo sacro Paschae, determinan de mutuo om nium nostrum consensu, deliberataque voluntate, arren davimus, et modo arendae inscripsimus, prout arren damus et modo arendae inscribimus, praesentibus no stris literis, Et iam ex nunc, eidem Andreae Brzycz wa in bona suprascripta omnia modo quo supra eidem arendata, et suis legitimis successoribus, ex re ptis superspecificatis tantum provenientibus, realem et actualem, pacificamque intromissionem cum possessione officiose, officiosae, juditialique pro iuris exigentia per Ministerialem terrestrem quemcunque, et quandocunque cum suis posteris voluerit, et et eis praesentibus addimus damus, et conferrimus, attestanda. Per ipsum An dream Brzeschwa et suos successores, bona praefata taliter sibi arendata, cum omnibus eorundem fructibus, provent tibus, redditibus, obventionibus, et emolumentis ex eisdem antiquitus provenien, alijsque omnibus labori bus, per subditos bonorum praefatorum, praestari ab anti quo solitis, quibuscunque vocitentur nominibus, supra

specificatis tantum, censibus et rebus exceptis, alijs
vero omnibus, illi plenarie collatis, ad decursum an-
norum supraspecificatorum, 12 iure quo supra arren-
datorio, tenendum, possidendum, regendum, administrandum, et pro
utilitate sua prout libuerit, reparandum, et convertendum.
In quae quidem bona, taliter illi arendata, omnia et sin-
gula, promittimus, et obligamus nos cum suis succes-
soribus, protunc, et in futurum existentibus, cum toto
conventu nostro, intromissione cum possessione reali, illi
et suis successoribus non denegare, nec usque ad tem-
pus, supraexpressum adimere, atque in nullo perturbare
et molestari, imo semper liberum et pacificum, cum
suis successoribus, ab omnibus impedimentis, tum et iuri-
prioribus, et posterioribus qualibuscunque reddere, atque
in eisdem bonis, tueri, et deffendere, Qui quidem Andre-
as Brzechwa, similiter sese nobis, Conventuique no-
pronunc, et in futurum cum suis successoribus obligat
atque praesentibus inscribit, durante eiusmodi arren-
datione, sub eiusdem arendae, singulis annis, pro quo-
libet festo sancti Martini, Pontifficis, per 300
florenos pecuniae communis monetae, et numeri Polonica-
ad Conventum nostrum ~~per~~ suo nuntio transmittere, et
eo nomine quietationem, sub sigillo abbatiali, vel
Conventuali recipere, Solutionem ipsam, a primo
proximo festo sancti Martini pontifficis, post
acceptam eorundem bonorum realem intromissionem,
cum actuali possessione, incipiendo, Item aedif-
icia curiae, et praedij in bonis praedictis sitta, suis

sumptibus, agros, vero, et hortos prædiales, suadi-
ligentia reparare tenebitur. Si quid vero ibid
ædifficiorum erectione, aut stagnorum vel piscinarum
de novo ædificandorum constructione necesse fue-
rit, id de nostra scientia, et sumptu nostro facturus
erit. Subditos inconsuetis laboribus non opprimet
neque angariabit, fundum ab iniurijs vicinorum om-
ni ex parte deffendet. Res omnes quas circa p-
præsentem possessionem, præfatorum bonorum tum et
eadem, ut sola bona iuxta inuentarium conscripta
sigilloque illius obsignatum, et manu subscriptum
accipiet post expirationem arendæ prenominatæ ~~re-~~
~~cipiet~~ restituet, et reddet, nisi forte aliquid ex
permissione diuina, aut aliquo casu, consumptum
fuerit. Sua vero si quæ habebit, ubi voluerit
conuehet, et auehet, id quod rumatione sex
septimanarum spatium iuxta iuris communis observantiam
habebit. Insuper post expirationem arendæ sup-
scriptæ, liberam inequitationem nobis, et Conuentui
nostro, in eadem bona per se, et suos successores
aliasque submissas personas, non denegabit. Neque
si nos, vel successores nostri, pro tempore existentes, post
extinctum ius præsentis arendæ tam per se quam
per familiares, et amicos suos, inequitabimus
violentiam ostendet, et eo nomine nos, quouisque modo
non molestabit. Si vero quocunque anno, durante
arenda præfata, in segetibus, aliquo casu fortuito
quod absit, damnum acceperit, id cognitioni duorum
amicorum ab utraque parte locatorum subijciemus

et quicquid per illos ea in re cognitum, et statu-
tum fuerit, adimplebimus, illorumque cognitioni
parebimus, Obligatus praeterea erit atque tene-
bitur praenominatus, Andreas Brzezowa singulis
annis, pro quolibet festo Sancti Martini, circa solutio-
nem arendae praedictae, pro necessitate fratrum
Conventus nostri, 100 ulnas tellae, 50 ex
lino, et 50 Canapalis, dare, et remittere, et quie-
tationem priori specificatam, simulque de eo obtinere
In cuius rei fidem ... Datum in Tyniec 2a
die mensis Januarii Anno Domini 1587

Villa Zorzow

Prepositure Tinecensis, hoc eodem anno, arendata per D. Abbatem, Vrbano Fresero, Ciui Cracouiensi ad decursum 12 annorum, qua debet soluere, annuatim per 130 florenos peccie. Sciendum tamen, quod idem D. Abbas iam accepit arendam, pro integris tribus annis ordinatim se sequentibus, et quietationem generalem etiam sub sigillo Conuentualj dicto Vrbano Fressero dedit,

Consensus ad exemendam scultetiam in villa Mniszkowice, datus Mattie Mleczkomettertio,

Andreas Brzechwa, Diuina vocone Abbas, Christophorus Miechowski Prior et Custos, Sebastianus Saxuirinus Subprior, Augustinus Pezanzarii, Andreas Chodakowski Procurator, Caeterique fratres ac totus Conuentus fratrum Monasterii Tinecen. etc. etc. Significamus etc. Quia nos de omnium nostrum consensu, et voluntate admisimus, prout et praesentibus admittimus

quocirca sive sculteria in villa nra Conventusq nostri Mrisskowice dicta Nobili Matthiae Mysz,
ko de manibus nobilis Petri Soborowski[?] ea
omnia et singula prout idem Petrus Soborio,
wski tenet et possidet, iuxta modernam taxa,
tionem, quae non ad maiorem summam nisi ad se,
xingentos florenos pecuniae, communis monetae
et numeri Polon. in regno currentis quemlibet tri,
ginta grossis, pecuniae Polon. computando fieri,
et se extendere debet per Commissarios nros
ad negotia hoc deputatos, exemerit, Ita
ut eam sculteriam cum omnibus ad ea
quovis modo spectan. et pertinen. tenere,
habere, possidere, et frui libere, quiete et
pacifice. In cuius rei fidem etc. Dat.
in Monrio Sinceren. die Prima mensis
Maii Anno Domini 1588

Ubi per quem consensu data est et commis,
sio quam oculis meis vidi sed eam huc inse,
rere minus necessarium fore existimavi

Aduitalitas Coriudem

Andreas Brzechwa diuina potentia Abbas, Christoferus Niedzwiecki, Prior et custos, Sebastianus a Charwin subprior, Augustinus Thesaurarius, Andreas Chodakowski Procurator, Caeterique fratres, ac totus Conuentus fratrum Monasterii Sulecouiensis, etc.

Significamus etc. Quia nos de omnium nostrum consensu, et voluntate, habita ratione benemeritorum, et fidelium obsequiorum Nobilis Matthiae Maleszko quibus se nobis, et Conuentui nostro plurimum reddidit commendatum, Cui specialibus literis nostris autenticis consensimus, et admisimus Aduocatiam siue Sculteciam in villa nostra, Conuentusque nostri Miszkowice dicta, de manibus Nobilis Petri Soboczyowski, moderni eiusdem possessoris, certa pecuniarum summa videlicet sexingentorum florenorum pecuniae tociens monetae et numeri Polonicalis, in regno currentis redimere, Prout praenominatae literae nostrae consensus nostri latius de hoc testantur, eidem gratiam et munificentiam nostram vlterius declarare, et demonstrare volentes ipsum nobis, et Conuentui nostro in posterum promptiorem, et deuinctiorem reddere, bona suprascripta omnia eiusdem sculteciae, siue aduocatiae, in villa nostra Miszkowice, postquam exempta fuerint, per ipsum Matthiam Maleszko et Hedwigim,

coniugem eius legitimam, necnon Zophiam filiam ipsius
Mattiae Mlezko, cum omni iure, dominio, et proprieta
te, omnibusque et singulis fructibus, proventibus,
redditibus, et obventionibus, attinentiisque et pertinen
tiis suis, ad eandem advocatiam ex antiquo spectan(tibus) et
pertinen(tibus) vel prout eadem ipse Petrus Sobonionski
tenuit, habuit, et possidebat, nil excipien(do) ad vita(m)
eorundem Mattiae Mlezko, et Hedwigis coniugum necnon
Zophiae filiae eiusdem Mattiae Mlezko, legitimae, extre
ma duntaxat tempora et cuiuslibet illorum super
stitis, et supervivent(is), et non ultra tenen(dam), haben(dam),
utifruen(dam), pacificeque et quiete possiden(dam) dand(um)
donan(dum), et gratiose concedend(um) esse duximus, Pro
ut damus, donamus, et gratiose concedimus, prae
sentibus literis nostris, Et quia antecessori
bus praenominati Mattiae Mlezko per antecessores no
stros, concessum, et admissum erat, piscinam molendi
num in fundo villae praedictae, construere aggeremque
ad fundum nostrum eiusdem piscinae applicare, idip
sum et nos sibi faciendum admittimus, sine tamen
damno, vicinorum nostrorum villae praedictae Mnisbro
wice, Si vero piscina huiusmodi aliquid fundi
subditorum nostrorum inundaverit, Extunc cum sub
ditis praedictis pro eo idem Mattias Mlezko compo
nere tenebitur, Quicquid etiam a sculteria praedi
cta alienatum quovis modo per eius antecessores

fuerit, ad quempiam subditorum nostrorum, idipsum
redimere potens erit, Quoniam vero praedicti
nostri subditi in fundo sculteciali et simul pecco,
ra sua et pecudes pascunt, si ea pascere ibi
voluerint, Extunc cum eodem Mattia Mleczko, sive
uxore, superscripta, filiaque eius inibi componere
tenebuntur, Eximimus insuper praenominatum
Mattiam Mleczko, et successores eius de potestate et
jurisditione, tenutarij nostri Lapicensis nunc et pro
tempore existentis, sed omnibus de se querentibus co,
ram nobis in monasterio nostro Tinecensi seu citatus
cittatione nostra literali, comparere, respondere, et se
iustifficare tenebitur quod, quod se praestiturum omnino
ipse cum suis successoribus, submittit, Et quo,
niam nobilis Adamus Herbortowski supramemora,
to nobili Petro Dobromorski de omni iure suo pri,
us sibi a praedecessoribus, et a nobis dato, et con
cesso, realiter et in effectu condescendit, Super ea
cessionem nos authoritate nostra [illegible] coram quibus,
cumque actis autenticis jurisditionisque facta confir
mamus, approbamus, et ratifficamus, praesentibus
decernentes ea robur debitae firmitatis obtinere
debere in perpetuum, Et ut ea praemissa debitum suum
finem assequi possint, Nullum impedimentum tenutarius
noster ipsi Mattiae Mleczko, et eius successoribus
faciet, volumus et praecipimus, Promittimus in
super pro nobis et successoribus nostris quod vita eo
rundem Mattiae Mleczko, et Hedwigis coniugis ipsius

necnon Zophia filia eius, Mattiae Mlezko, et cuius libet illorum superstitis, et superuiuentis durante ipsos, vel quemlibet illorum superstitem de Aduocatia siue Sculletia nostra praefata pro nobis et successoribus nostris, vel ad coquinam nostram siue aliqua ex causa, et necessitate nostra Conuentusque nostri non amouebimus, nec exsoluemus successoresque nostri non amouebunt, nec cuipiam conuentum ad exemendum dabimus, neque successores nostri dabunt, Imo eundem Mattiam Mlezko coniugemque ipsius Heduigim, et Zophiam filiam et quemlibet illorum superstitem, et superuiuentem, in pacifico vsufructu, et quieta possessione, conseruabimus, successoresque nostri conseruabunt, Iuribus tamen nostris, et superioritate nostra ibidem saluis permanentibus. Hoc etiam adiecto, quod idem Mattias Mlezko et praefatus superuiuens possessor, tenebitur nobis, et Conuentui nostro Tinecensi pro quolibet festo S. Martini singulis annis, florenos quatuor pecuniae in moneta Polonicali, vel olla butiri valoris 26 quartarum, vel sexagenam casei dare, et ad monasterium nostrum mittere. Post mortem vero, et decessum vltimi eius Aduocatiae possessoris extunc praenominata Aduocatia ad nos, et successores nostros, dispositionemque nostram redibit, Quam in dispositione non recipiemus, donec prius summa pecuniae in actu Comissariali Comissariorum per nos deputatorum descripta,

hoc est septingentorum florenorum pecuniae persolutis successores ordo[que] nostri persoluerint. Qua soluta, ijdem successores praedicti Mathiae Mleczko de bonis praedictis, nobis seu successoribus nostris cedere debebunt. In cuius rei fidem et euidens testimonium, sigilla nostra praesentibus sunt subappensa. Datum in Tyniec die 2a mensis Maij Anno Domini 1588

Aduocatia ville Okulice data Nicolao Iwanowskj

Andreas Brzechwa, Diuina uocatione Abbas, Chrysostomus Niechwiecki Prior et Custos etc. etc. Significamus praesentibus literis nostris etc. Quia nos de unanimi omnium nostrum uoluntate, animaduertentes obsequia fidelia, Generosi Nicolai Iwanowski de Karczy magis ac magis uideri erga nos, comuentum[que] nostrum eluceret, animum[que] eius in nos propriorem ac indefessum reddere cupientes, Sculletiam seu Aduocatiam nostram feriam in uilla Okulice, in districtu Proschouiensi existente, ad uitae eiusdem Generosi Nicolai Iwanowski extrema tempora danda et conferenda esse duximus, prout quidem damus et conferimus praesentibus literis nostris, Cum omnibus et singulis libertatibus et emolumentis, ad eandem Sculletiam seu Aduocatiam quouismodo ex antiquo spectantibus et pertinentibus, agris, hortulanijs, piscinis, pratis, siluis, omnis generis rubetis, quercetis, stagnis, lacubus, nil penitus iuris

pro nobis, et Conventu nro, aut successoribus nostris reservan-
tes, suscipien, sed plenariis, et integris, Prout eadem scultetia
nra, se in suis metis, et limitibus, extendit, et prout
eandem ipsimet, tenere, et possidere deberemus, Per
eundem Nicolaum Iwanowski, tenen, haben, possiden,
pacifice, et quiete, utifruen, arendan, et in vsus suos
beneplacitos, prout ipsi melius, et commodius vide-
bitur, convertend, Sed citra suam extrema tpa, et non
ultra, Promitten, pro nobis, et successoribus nris quod
quoadusque praenominatus Nicolaus Iwanowski, su-
perstes extiterit, ipsum de praedicta nra scultetia
in villa Okulice non amovebimus, nec eximemus,
facultatemque expellendi, nulli dabimus, Nec ipsum
in bonis praefatis, tam per se, quam per suas sub-
missas, et subordinatas personas impediemus,
Verum eum in usu quieto, et possessione sui sc. Advoca-
tia, conservaturi sumus, ad spatium supraexpressi
temporis, Salua tamen superioritate nra, [illegible] et
Regalibus oneribus, ibidem permansura, Post mortem
vero, et de hac luce decessum praenominati Nicolai Iwa-
nowski, Scultetia seu, Advocatia nra praedicta, in
villa Okulice, ad nos, et successores nros, Conventumque
nostrum, pleno, et integro iure, devolvetur, Soluta ta-
men prius, successoribus, eiusdem Nicolai Iwanowski,
suma ducentarum marcarum pecuniae cois polis quamlibet
quadraginta octo grossis computando, Scultetiae seu
Advocatiae praedictae anterioribus possessoribus, per iudi-
cium ordinarium generale Tribunalis Regni Minoris
Poloniae Lublinen adiudicata, et per ipsum Nicolaum
Iwanowski persoluta, quam praesentibus literis privilegii
nostri, confirmamus, Quibus quidem successoribus prae-
dicti Nicolai Iwanowski, eandem sumam, soluere tenebimur

.. successoresque nostri tenebuntur, qua soluta ijdem successores ... ipsius de bonis praefatis, tota, et integra scultetia libere cedere, sine quavis conditione tenebuntur, quae in eandem liberam erit, nobis cum Conventu nostro, ac successoribus nostris, (soluta tamen supraexpressa suma pecuniae successoribus eiusdem Nicolai Iwanowski,) inequitare, et per hoc nullam violentiam ipsis faciemus, successoresque nostri facient, In cuius rei fidem etc. Sigilla nostra praesentibus sunt subappensa, et manibus propriis subscripsimus, Actum et datum et Monasterio nostro Ti: necensi die 8 mensis Iulij Anno Domini 1588.

Advitalitas Helizabethe Kessyc: ka in villa Krzywosądowa

Andreas Brzechwa Divina providentia Abbas, Cholyhensis, Ni: dwiecki, Prior, et Custos, Albertus Baranowski Praepositus in Koscielnawies, et officialis in spiritualibus districtus Calissiensis, Caeterique fratres, ac totus Conventus fratrum Monasterii Tinecensis, etc. Significamus, etc. Quia de certa scientia nostra et omnium nostrum consensu, et voluntate attendentes fidelia obsequia Nobilis Seba: stiani Kessycki villae nostrae cum praedio Krzywosądo: wa ad praepositura nostra in Koscielnawies pertinentium modo et iure Advitalitatis suae supérius a nobis eidem concessae tenutarii, quae servitia praedecessoribus nostris et nobis, Praepositoque nostro praedicto, in Kosciol exhibet, et in posterum exhibere paratus est, nihilominus

animadvertentes illius magnos sumptus, et labores quos in eisdem bonis nris Kozyrowskowa, quodque illius per anteriores tenutarios eius, penitus desertatis, vgt in extirpatione agrorum, et pratorum, atque aedifficione praedii, constructionesque piscinarum, et molendini, tempore tenutae suae posuit, et exponere non desinit, et quo sumptu nos, et Conventum nostrum libere dimisit, et dimittit, Extunc bona nra praedicta Saxia vgt villa Kozyrowskowa cum praedio ibidem sitto, cum omni iure, dominio et proprietate, omnibusque et singulis eorundem bonorum vtilitatibus fructibus, proventibus, redditibus, et obuentionibus, laboribus kmetonum, pratis, pascuis, siluis, agris, rubetis, censibus, attinentiisque et pertinentiis vniuersis, quomodolibet ad eadem bona ab antiquo spectantibus et ex eis prouenien., Excepta tantummodo piscina magna in bonis praefatis constructa, quam pro nobis, et Conventus nostri, pro tye scitem, nikosciol reservamus, simul cum caeteris omnibus, et singulis, commoditatibus quae nunc sunt, et quae humana industria inveniri possunt, Nobili Helizabeth de Mikoszyn eiusdem dni Sebastiani Kozycki consorti legitimae, ad vitae eiusdem Helizabeth Kozycka extrema tempora accedente ad id consensu Generosi Alberti Baranowski Praepositi nri in Kosciol dandum et conferendum esse duximus, prout damus, et conferimus praesentibus, Ita tamen quod si contigerit eundem Sebastianum Kozycki prius mori quam ipsa Helizabeth consorte eius, Extunc praedicta Helizabeth Kozycka bona superscripta nra, villa Kozyrowskowa, cum praedio, atque omnibus, et singulis, superius specificatis, attinentiis, et pertinentiis, libere pacifice et quiete tenebit, et possidebit, ita prout idem ipse Sebastianus Kozycki, tenuit, et possidebat, iuxta scriptum et tenorem praesentium, ad vitae suae extrema tempora, cum conditionibus inferius descriptis, Hoc est quod ipsa

quod praedicta Helizabeth Kebzycka, Praeposito nro nunc
et pro tpe existenti in Kosciol quolibet anno suma pecuniae
sexaginta florenorum com̃is monetae, et numeri polonicalis in regno
currentis, pro festo Stti Martini Pontifficis, singulis
annis, durante, illius aduitalitate, dare, et realiter soluere,
debet, et tenebitur, Hoc adpmissa adiecto, quod ipsa
Helizabeth Kebzycka, bona pdicta nra villa Krzywosze
dowa libere, et pacifice tenebit, et possidebit, Non ta
men arendare, aut aliqua suma onerare, vel obligare
potens erit, Si vero arendauerit, aut obligauerit, Ex
tunc ipso facto, jus suum aduitalitiale praesens, a no
bis sibi concessum, amittet, Nec eodem amplius gau
debit, Liberam etiam incisionem lignorum, ad villa Ko
sciol, tam pro aedifficijs, qz foco, et ceruisiae ~~[illegible]~~
coctura eidem Praepto nunc, et pro tpe existenti, in
Kosciol reseruamus, Post mortem vero et ex de
hac luce decessum pdictae Helizabeth Kebzycka, Ex
tunc dicta bona Krzywoszdowa cum pdio et omnibus
aedifficijs, iam extructis, et extruendis, ac piscinis
nouis, factis, vel faciendis, Extirpationibus omnibus,
ac conseminatione, tam hiemali, qz aestiuali, etiam
fructorum, absqz ulla conditione, successorum dictae
Helizabeth Kebzycka plenarie, et integre, pure, mere,
et simpliciter, ad Praeptum nostrum, nunc et pro tpe
existente in villa pdicta Kosciol, redire, et deuolui
debent, ac redibunt, absqz quauis conditione et
alicuius sumae pecuniariae successoribus dictae Heli
zabeth Kebzycka solutione, Immo post morte ipsius
successores eiusd in bonis pfatis Krzywoszdowa
tenebuntur, et erunt astricti, res omnes in priui
legio pfati Sebastiani Kebzycki uxoris ipsius aduitali

tialis

descriptas et specifficatas, v[idelicet] vaccas lactantes 10 vaccas comunes 5 sues comunes 15 oues 60 anseres 15 Gallos comunes 30 Pro victu vero familiae, ibidem [e]xistentis siliginis acervos 2 Avenae acervos 2 feni acervos 2, Pultiae tortetos 3 ordei Pultiae milii tortetos 3 Pisae tortetos 3 Lardi pernas 2 Butiri ollas 2 valoris quatuor florenorum, Casei Capetias 2 valoris quoque florenum, Denique suppellectilem totam ligneam, cuiusque generis, ibidem existentem, relinquere, Reliquas vero res, successores praefatae Helizabeth, prorsus tollere debent, Quibus successoribus rumationem de bonis praefatis spatium sex septimanarum, iuxta iuris t[err]ae formam assignamus, Quae omnia, et singula, praemissa Nos confirmamus, approbamus, et ratifficamus, ac firmitatis perpetuae robur adjicimus Ita quod neque nos neque successores nostri, dictam advitalitatem, revocabimus, neque revocabunt, sed ipsa semper rata, firmaque habebunt, Harum quibus, sigilla nostra sunt subappensa, et manibus subscripta, testimonio literarum, Datum in Monasterio nostro Sulecensi, feria 4[ta] proxima die festi S. Margarethae, Virginis et Martyris, Anno Domini 1.5.8.8.

Villa Obrow Prepositure Trocensis data Joanni Gorzeszkowski,

Andreas Brzechwa divina providentia Abbas, Gregorius Wiedwied Prior, et Custos, Mathias Gorzeszkowski in antiqua Troki Praepositus, Simon Subprior, Augustinus thesaurarii, Petrus Millkowski, et Andreas Chudakowski Procurator

caeterique fres, ac totus conuentus frum Monrij Tinecen, etc.
Significamus, quia nos de vnanimi omnium nostrum consensu,
locandorum constabit, Qui duo amici quicquid inter praepositum et dictum arendatorem consti tuerint id utraque pars firmiter tenere de bebit et tenebitur. Post expirationem vero arendae praenominatae 20 annorum, dicta bona villae Glogowa cum praedio et omnibus ad id pertinentibus, atque domus et praedia talia ad praepositum nostrum tunc in Rositzna wiels existentem plenarie redibunt, sine qua vis contradictione, et impedimento, Stanislai Baranowski et suis successorum, et sine solutione summae alicuius, per eum in elibratione bonorum praedictorum exposita, pro qua sibi et suis successoribus perpetuum imponit silentium, simi liter et de expensis in aedifficia, si quae de novo construxerit praepositum pro tunc exsisten tem quietat, et liberum fore pronuntiat, etc. In cuius rei fidem et testimonium sigilla nostra praesentibus sunt subappensa. Actum et datum in Monasterio nostro Tinecensi Sabbato ante Dominicam Reminiscere proximo Anno 1590

219

Villam Przeczyca possidet Dorothea Warzyćka,

Hieronymus Krzyżanowski, Divina providentia Abbas, Albertus Westchowski Prior et Custos et Caeterique fratres, ac totus Conventus Monasterii Tinecen[sis], capitulariter ad infrascripta congregati Significamus, Quia quemadmodum olim R[evere]ndus Vincentius Baranowski antecessor noster propter necessitatem nostram totiusque Conventus sui, Necnon eliberando bona Conventus nostri praefati de perductis, per certos nobiles, in et super R[everen]do olim Andrea Gniady Abbate antecessore n[ost]ro, et bonis eiusdem Conventus nostri perductis, eliberandoque eiusmodi bona Opidum Opatowiec, et villam Piotrkowice, a perductis praefatis v[idelic]et Generosorum Joannis Chełmski Burgraby Castri Cracovien[sis], et Stanislai Czerny Capitanei Dobczycen[sis] A Generoso olim Georgio Warzycki Septingentos viginti florenos pecuniae pollonicalis in mutuum receperat, Et eandem summam in bonis m[ona]strii villa Przeczyca obligavit Prout eiusmodi literas antecessoris nostri coram nobis productas, atque lectas, latius eadem de praemissis in se continent effectum, Super quae quidem bona villa Przeczyca dictus antecessor noster Nobili Alberto Warzyćky advitalitatem dedit et concessit, Prout eodem iure suo advitalitio in bonis praefatis utitur, et ad vita sua uti permissus est utifrui debet, velut

Nos etiam volentes eundem Albertum Warszycki ad obeunda
servitia nobis, Conventuique nostro reddere promptio
rem, Eiusdem Alberti Warzycki coniugi legitimae No:
bili Dorotheae post mortem et decessum ex hac luce
praenominati Alberti Warszycki ad spatium vitae
illius ultimum usumfructum advitalitialem da:
mus et concedimus, Quae Dorothea Warzycka
bonis eiusmodi villae Przezycza libere, et quiete si:
ne quavis contradictione nostra nostrorumque successo
rum utifruetur ad tempora vitae suae extrema
Post mortem vero ipsius Dorotheae Warzycka Extunc
ex uberiori gratia et favore nostro, de consensu
omnium nostrum filio natu maiori eiusdem Alberti Wa:
rzycki annos duodecim eadem bona nostra villa
Przezycza possidenda praesentibus literis nostris
plenum ius damus, et concedimus, Ipsaque bona
pro nobis, et Monasterio nostro non recipiemus,
donec eiusmodi anni per filium praefatum natu
maiorem exterminati fuerint, Ratione quorum
quidem bonorum praefatus filius natu maior te:
nebitur ad mensam Conventus nostri quolibet
anno decem marcas pecuniae dare, solvere atque
pendere, Post expirationem vero advitalitatis
ipsius Dorotheae Warszycka, et annorum duodecim
suprascriptorum, Eiusmodi bona villae Przezycza
ad nos, seu successores nostros, pleno atque in
tegro iure redire debent, Soluta tamen prius
summa in literis desuper existentibus successoribus

praefati Alberti Warzijcz per nos, vel successores nostros, Promittimus quoque pro nobis ac eisdem successoribus nostris quod durante adultalitate, et annis praedictis eandem Dorothea et eius filium natu maiorem in pacifico usu et possessione relinquemus et patiemur, Non obstante quavis conditione nostra, vel successorum nostrorum in bonis praefatis ~~ville~~ villae Przegijca, etc. In cuius rei fidem et testimonium sigilla nostra ... Actum et Datum in Monasterio nostro Tinecen Feria Quarta ante festum S. Thomae Anno Domini 1571.

Scultetiarum in oppido Brzostek et wola Brzostkowska adultalitas noviter data Zofiae jarzinanka uxori joannis Byffa et Patri joanni Byffa cum recognitione inscriptae Summae trium Millium et quingentorum florenorum. et 6 grossos.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam consuevit Clasal industria hominum gesta quae sub tempore aguntur literarum apicibus testiumque annotatione et sigillorum munimine perhennari ne per oblivionem e memoria labatur hominum. Proinde Nos Andreas Byffa divina vocatione Abbas Michael Zorawsky Prior et Custos Michael a Tuchow praepositus infirmorum Augustinus Subprior Jacobus a Lipno Thesaurarius Petrus Sosnowsky Andreas procurator caeterique fratres ac totus Conventus Monasterii Tinecensis Ordinis Sancti Benedicti Crac. dioecesis ad sonum campanae more solito infrascripti capituli congregati Significamus tenore praesentium quibus expedit universis et singulis praesentibus et futuris harum notitiam habituris Quia constituta personaliter coram Nobis et toto Conventu nostro Generosa Domina Zofia de Kudly Jarzinanka fi:

lia et successoris Illmo Generosi olim Petri Jarzyna di[c]ti castri Radlij Aulicis
S. Mtis Regiæ in oppido nostro Koscieł et villa Wolia Kosciełowska
dicti maioris iuris et privilegiorum suorum scultetiarum tenutarij nostri, consors
vero Illma Generosi Joannis Krzyżewa de Wrzega Nepotis nostri ex fra:
tre, quæ una cum assistentia personali eiusdem mariti sui exhibuit no:
bis documenta literatoria sufficientia sive privilegia pergamena, li:
terasque autenticas sub titulis et sigillis prædecessorum nostrorum ex omni suspi:
cionisque nota carentia, salvas integras et illæsas latius in se disponentes su:
per summas certas pecuniarum supra scultetias sive advocatias præfatas nostri
oppidi Koscieł et villæ Kosciełowska Wolia dictas sibi legitime compet:
Quas summas pecuniarum infranominatas et specificatas prædictus Ge:
nerosus olim Petrus Jarzyna pater Illmæ eiusdem Generosæ dnæ Zofiæ Krzyżewa
na consensu speciali Rdi olim Vincentij Baranowskij Abbatis præ:
decessoris nostri totiusque Conventus nostri Tinecen. ad id accedente, dictas Scul:
tetias sive advocatias nostras de manibus certorum possessorum redimen:
et liberandum exposuit, eas scilicet de manibus Generosi olim Joannis Bara:
nowskij medietatem sculteti in Koscieł oppido pro summa Mille flor.
pecuniæ cuius moneta et numeri poloni quinquaginta flor. per triginta grossos computan.
et medietatem alteram sculteti in eodem oppido Koscieł ac integram scultetiam
villæ Kosciełowska Wolia nuncupatæ, de manibus Generosi Dni Joannis
Ubaie pro summa duorum Millium flor. et quingentorum. similis pecuniæ
cuius monetæ et numeri poloni. Supplicatumque est nobis nomine et ex parte eiusdem
Generosæ dnæ Zofiæ Krzyżewa, uti eiusmodi summas pecuniarum post præfatum
olim Petrum Jarzyna patrem suum Illmi successoris, quibus supradictas præfatas
summas pecuniæ supra easdem Advocatias seu scultetias superius nominatas
per patrem suum expositas confirmaremus ratificaremus et approbarem:
lrasque in modum privilegij novas pergamenas extradi authenticè man:
daremus, illamque ad vitæ ipsius duntaxat tempora extrema in possessione et usu
fructu bonorum in eisdem scultetijs conservaremus. Nos igitur certis rationibus
annuentes, animadvertentesque summas supradictarum demonstratam esse au:
tenticam, et sufficientem consensu speciali prædecessoris nostri Conventusque
Tinecen. præmissa roborem, in utilitatemque prædictarum scultetiarum nostrarum

easdem in manibus eorum possessorum iam dictorum expositas esse summa
praedictas hoc est Mille flor. pecuniae praefatae per dictum Petrum Jarzi:
na praenominato Joanni Lazanowsky datam et persolutam
Et aliam summam Duorum Millium et quingentorum flor. pecuniae nris
polon. praedicto olim Joanni Vlsacz expositam approbamus confirmamus
ac ratificamus esse censimus. prout approbamus confirmamus et
ratificamus praesentibus literis nris hisque praesentis Pargamenas in
nris Privilegiis extradi decrevimus et decernimus summas praefatas
simul jungendo et associando illam per istam et istam per illam approbamus
ita quod summae simulvicta ex summis praedictis expositis erit et est summa
integra simulvicta per Nos praesentibus approbata nempe Trium millium
et quingentorum flor. pecuniae nris mon. et num. polon. in regno
currentis quamlibet flor. per triginta gr. computando. in qua quidem
summa simulvicta trium Millium et quingentorum flor. pecuniae nris mon. praefata
generosa Dna Zofia Brzechwijna praefatas Scultetias tam eas in
oppido Bzostek quam etiam in Wola Bzostek existentes praesentis Privilegij
tatr nro permisso ipsi per Nos gratiose concesso, cum omni iure dnio
et proprietate omnibusque et singulis earundem proventibus fructibus
redditibus obventionibus attinentiis et pertinentiis universis, quomodolibet
ad easdem Scultetias ex antiquo spectantibus, et ex eisdem provenientibus, tene:
bit habebit possidebit et utifruetur nil excipiendo eorum ita prout et
praefatus olim Petrus Jarzyna pro viuo tenuit habuit et possidebat
ad vitam eiusdem Zofiae Brzechwijna extrema durante tempore. Hoc adi:
iecto et expresse specificato. ad quod praedicta generosa Dna Zofia Brzechwina
coniux cum consensu spontaneo eiusdem generosi Dnj Joannis Brzechwa mari:
ti sui hic sistendo corâ Nobis et toto Conventu nro personaliter stando et ad infra:
scripta omnia et singula sibi consentiendo libere consensit et praesentibus
consentit. Quod praedicta dna Zofia Brzechwina cum suis successoribus
occasione praedictarum Scultetiarum et summae praefatae simulvictae trium Millium
et quingentorum flor. pecuniae iam praefatae nullo alio iure privilegij et

Cautio

inscriptione gaudebit tantum nro praesenti Privilegio, imo omnes alias quascunque

inscriptis eor quibuscunque actis factis et per praedictum olim Petrum Jarzina

antecessorem eius quomodocunque a quibusvis personis obtentis privilegiisque

alia omnia et singula sub quibuscunque titulis et sigillis desuper habita

personali sua recognitione partis mediante cassat mortificat et in ni:

hilum convertit perpetuis temporibus quas inscriptiones et Privilegia praeter

et illos nullius valoris et momenti irritasque et invalidas esse perpe:

tuo decernimus et discernimus praesentibus. Et quia praenominati Coniuges

eor actis autenticis vim perpetuitatis in se haben, mutuo et inui:

cem sibi inscripserunt et concesserunt omnium suorum mobilium et immobilium summa:

rumque quarumvis pecuniarium per eos utrinque habitorum, et in post habendi in for:

ma juris plenissima ad vitae eorundem coniugum extrema tempora et cuiuslibet eo:

rum superviventis quae eiusdem inscriptio advitalitatis in summa praesen:

ti melioratam trium millium et quingentorum flor. pecun. in praedictis scultetiis assecu:

ratam se quoque extendit. Hinc nos ex authoritate et superioritate nostra qua in

hac parte fungimur eiusmodi concessionem sive inscriptionem advitalitatis per eosdem

coniuges eor actis autenticis mutuo et invicem factam in toto et totum

quod in se continetur approbamus confirmamus et ratificamus prae:

sentibus litteris nostris, imo de certa scientia et unanimi omnium nostrum voluntate

attendentes multa prompta atque fidelia obsequia praedicti generosi domini

joannis Brzuffa quibus se nobis et Conventui nostro gratum atque commendatum

praestitit volentesque illum ad futura nobis et Conventui nostro devinctiorem et

alacriorem efficere. Eidem domino joanni Brzuffa ita prout et praedictam

dominam Zofiam Jarzimanka coniugem suam ex speciali gratia nostra in ipso

pacto et pacifico possessionis scultetiarum praedictarum ad vitae eorundem ex:

trema tempora cum praedicta coniuge eius Zofia Jarzimanka con:

servamus successoresque nostri conservabunt. Per ipsos joannem Brzuffa et Zo:

fiam Jarzimanka Coniuges advitalitias sive scultetias praefatas nostras

in oppido Brzostek et Wolia Brzostkowska tenendas ipsis ad vitas

eorundem extrema tempora per nos concessas cum omni jure dominio proprietate

more et jure aliorum scultetorum nostrorum, cumque omnibus et singulis corrum

Proventibus redditibus et obventionibus quibuscunque ad eosdem ex antiquo
spectantibus et spectare debentibus tenendum habendum utifruendum pacifice et quiete
possidendum ad vitae vero utriusque Coniugum ita ut primo [?] et cuicunque illorum
superstiti et supervivienti et non ultra. Insuper ex gratia et li-
beralitate nostra qua praedictum Generosum Joannem Baptistam ob ejus erga
Nos bene merita prosequimur concedimus eidem Joanni Baptistae et ejus
...s coniugibus et cuilibet illorum superstiti et supervivienti. Quod
[illegible] incolae villae praedictae Wolia Kostkowa post expirationem tenutae
et juris generosae Dominae Agnetis Primaskowa di [illegible] sup
bona Kijski a praedecessoribus nostris habitae labores quos incolae
et subditi praefati di Wola Kostkowa ad praedictum bonum Kijski ex anti-
quo praestare solebant ad villae [illegible] consueverunt non
alibi nisi ad Scultetiam Kostkii et Wola Kostkowa exercebunt
praedictos labores. Census vero et dationes alias quasvis annu-
ales juxta consuetudinem antiquam Nobis et Successoribus nostris solvere te-
nebuntur. Hac etiam conditione adiecta. Quod ipsi Coniuges sive
alter eorum superstes et supervivens non debebunt nec poterunt cives
subditos omnes nostros ad praedictas Scultetias pertinentes et spectantes
ultra ipsis ad certa concessos ad insuetos labores aut ad
alia quaevis onera contra praeter antiquam consuetudinem extorquere
imo ipsis in talibus sive causis quibusvis illicitis et gra-
vaminibus omnibus salva appellatione et confugium reservamus ad Nos
et Conventum nostrum successoresque nostros. Promittimus insuper pro nobis et
successoribus nostris praedictum Joannem Baptistam et ejus Coniuges et quemlibet
illorum superstitem et supervivientem durante vita eorum de praedictis Scultetiis
una cum laboribus incolarum villae praefatae Wolia Kostkowa post
expirationem ita ut praefatae juris et possessionis certorum annorum Agnetis
Primaskowa non removere neque per se neque per alias quasvis per-
sonas tam pro coquina nostra quam etiam pro alijs necessitatibus nostris
Conventusque nostri, neque consensum alicui super exemptione dabimus.
Post mortem vero praedictorum Coniugum praedictae Scultetiae una cum labo-
ribus

vibus inviolarum praefatae villae nostrae Wolia Szczepankowska ad Nos et
Conventum nostrum Tinecen. Successoresque nostros tota et pleno jure redire
et devolvi debent soluta tamen per Nos vel Successores nostros Conventumque nostrum
ipsum Successoribus eorundem Coniugum summa suprascripta simul iuncta decem
et octo milium et quingentorum flor. pecuniae com. polon. Si vero post decessum
praefatorum Coniugum Nos sive Successores nostri Conventusque noster summam
supranominatam simul iunctam decem millium et quingent. flor. non reponere-
mus vel non reposuerint, aut quis accedente consensu nostro et Suc-
cessorum nostrorum non reposuerit, simul et semel sine quavis summae prae-
dictae totalis dismembratione prout ipse olim Petrus Jarzyna summam
hac casu Scultetias liberam et redimendam reposuit, quod sufficienter
et autentice coram Coniuges demonstratum est. Tantisper Successores prae-
fatorum Coniugum Scultetias praedictas cum omnibus utilitatibus et proven-
tibus commensis aliisque omnibus in hoc privilegio nostro descriptis
pacifice et sine omni molestia impeditioneque nostra et Successorum nostrorum tene-
bunt et possidebunt, quousque summa totalis simul iuncta per eundem olim Petrum
Jarzyna reposita suprascripta in manus Successorum eorundem Coniugum
persoluta et restituta. Quae omnia et singula praemissa rata et grata
perpetuis temporibus habere volumus et Successores nostri. Eisque omnibus ro-
bur perpetuae firmitatis adiicimus. Salvis tamen et illaesis juribus
nostris et superioritate nostra haereditaria super eisdem Scultetiis per omnia
manentibus. In cuius rei fidem et evidentius testimonium sigilla nostra
praesentibus sunt subappensa et manibus propriis subscripta. Actum Tinecii
praesentibus Venerabilibus et Nobilibus. Laurentio Szczepka fratre nostro
germano Tinecen. Valentino Kraszinski Stanislao Jacobo Laszki
in Dębowiec Capitaneis nostris Nicolao Mielecki in Zdzina tenut.
Gaspare Stanisz et Martino Laski in Libusz plebanis nostris Hie-
ronymo Politański Alberto Komarowski in Rzepiennik Stanislao
Chrzeluszinski in Gulow domino nostro factoribus Hieronymo Kaszor de
..erino Karlinski Petro Wolski Stanislao Januszowski et aliis

plurimis familiaribus meis Nobilibus fide dignis testibus circa permissa existentibus. Dat in Castro et Monasterio meo Tinec. die ultima mensis Octobris. A° Dni 1583 tertio.

Dno Grabowieckj licentia manendi in Monasterio Tinecen. dat.

Nos Andreas Brzechwa, Divina vocatione Abbas,

Clemens siracki prior et Custos, Augustinus subprior, Sebastianus et Jacobus, Tesaurarii, Andreas Chodakowski Procurator caeterique fratres, ac totus conventus fratrum Monasterii Tynecensis ad sonum campanae Capitulariter congregati; Omnibus quorum inter est significamus, Quod veniens ad capitularem Congregationem nostram, nobilis Stanislaus Grabowiecki servitor quondam duorum praedecessorum nostrorum Reverendorum Joannes Lowczyski, atque Hieronimi Krzyzanowski olim Abbatum Tynecensium nobis exposuit, quomodo permissione Divina, paralisi sit tactus Exindeque amisso usum Corporis partis sinistrae, et ipse desiit, esse usui ad vitam humanam, Cernens itaque se ad praestanda officii et dominis secularibus factum esse omnino inutilem, a nobis humiliter petiit ut illi locum manendi in Monasterio nostro concederemus atque vitae alimentis provideremus quo unam hanc comoditatem, misera vita durante inserviendi Domino Deo habere possit Et Ut haec sua petitio, eo promptiore animo a nobis susciperetur, attulit secum florenos 80 peccuniae, quos pro necessitate Conventuali, Coram nobis reposuit, Nos itaque Commiseratione illius adducti in humanum, atque loci Christiane prorsus contrarium fore existimantes hominem tanta calamitate afflictum et de nobis bene meritum praetergredi, servitiis illius monasterio huic nostro per aliquod annos per eum fideliter praestitis, tum et aliis rationibus supra scriptis bene consideratis, atque peccunia ab eo accepta dictum Stanislaum Grabowieckj ad monasterium nostrum suscipiendum, atque mansione cum victu necessario providendum duximus et quo advixerit providemus, portionem omnium victualium, totam integram pro una persona qualis datur uni sacerdotum ad mensam prioris illi assignantes. Post mortem vero atque decessum hinc suum, omnia quecunque illius relicta fuerint tum in peccuniis quam aliis rebus nobilibus, pro fratribus conventus nostri cedere debent, Quae omnia ille pro tanto officio humanitatis dictis fratribus, hoc praesenti scripto, dat, donat, atque legat, iure legitimo propinquis atque consanguineis suis siqui forte tunc reperti fuerint silentium perpetuum imponendo.

SI vero etiam quantum dictus Stanislaus grabowiecki successu temporis durante vita sua, deserto Monasterio nostro alio se transferre, locumque mansionis suae mutare decreuerit nos id sibi liberum fore, pro eius arbitrio relinquimus, neque discedentem remorabimur immo reddita sibi pecunia quinquaginta florum quo voluerit dimittemus. Quorum omnium supra scriptorum habebit noticiam Venerabilis Joannis Syracki modernus prior, et alii pro tempore existentes Priores Tynecenses, dictumque Stanislaum grabowiecki illius tam piae petitioni annuentes, necessario victu, Vti supra scriptum est Similiter et candellis et idgenus rebus alijs omnibus ad usum comunem pertinentibus, durante vita sua providebunt, Cuius quidem ordinationis atque consensus nostri monimentum hoc scripto extare voluimus, quod sigillis nostris atque subscriptione manuum Comunivimus. Actum et Datum etc. etc.

Laczany villa dat Molende.

Nos Hieronimus Krzyżanowskij Divina providentia Abbas, Michael á Tuchow Prior, et custos, Thomas Polanowskij Subprior, Stanislaus Organarius, et Albertus westchowskij, Thesaurarij Martinus woynarowskij Infirmorum praepositus, et Ioannes Sarbskij Procurator caeterique fratres ac totus conuentus fratrum Monasterij Tinecensis etc. Significamus etc. Quia nos habentes rationem benemeritorum ac fidelium servitiorum Nobilis Ioannis Molenda, quae nobis et Monasterio nostro, non minus constanter, quam fideliter, ab aliquot annis impendit, et hucusque impendere non desistit etc. de unanimi omnium nostrum capitulari consensu et voluntate Agrum liberum in villa nostra Łaczanij, consistentem vulgo dictum Za usziem kąt cum omnibus eius agri attinentijs, ex antiquo ad eum pertinen[tibus], Prout eodem agro, vigore concessionis, R[everen]di olim domini Ioannis Łowgowskij, praedecessoris nostri, in hactenus usus est, Eidem Ioanni Molenda et Reginae eius uxori, dedimus et concessimus, Prout praesentibus damus, et concedimus ad extrema vitae tempora ipsius Ioannis Molenda, et Reginae eius coniugis, utriusque et singulorum seorsum, Ita vero,

quod quamdiu, in uiuis fuerint præfati coniuges, prædictum agrum cum eius attinentijs, utilitatibusq; uniuersis, tenebunt, habebunt, et possidebunt, illoq; pacificé, et quieté utantur, usq; ad iuris ipsius aduitalitialis, expirationem, Promittimusq; pro nobis et successoribus nostris quod uiuentibus prædictis coniugibus, agrum prædictum de eorum manibus, non sumus, uel ad mensam uel ad ullam nostram, uel monasterij nostrij necessitatem, exempturi, Sed eosdem ad uitæ ~~aduitæ~~ extrema tempora amborum et utriusq; seorsum, conseruaturi, Damus quoq; præfato Ioanni Molenda, eiusq; coniugi omnem ulteram facultatem in prædicto agro, pro eius amplificatione rubeta extirpandi, Admisimus etiam prædictis coniugibus, admittimq; tenore præsentium, alterum agrum, qui ~~propr~~ propius adiaceret huic agro Zausziem Leathem de possessione unius tantum Cmetonis, pro usu suo, si aliqua summa peccuniaria oneratus esset, eximere, et non oneratum, liberum sit eis simpliciter, à tenuta dicti cmetonis amouere et huic agro suo adiungere, Insuper sumam Centum Marcarum peccuniæ, quam nomine redemptionis, possessoribus dictorum agrorum, siue alio quocunq; nomine dederint, eisdem coniugibus, in et super prædictis agris duabus, inscribimus præsentibus literis nostris, Ex speciali quoq; gratia nostra, prædicto Ioanni Molenda, et eius coniugi ~~Molenda~~ Reginæ, concedimus, ut si aliquando, labore subditorum dictæ uillæ Lagany, opus habuerit, Tunc adire debet, Priorem Conuentus nostri Tinecensis pro tempore existantem, atq; ab illo petere, quo sibi subditos pro necessitate sua, præsertim tempora æstiuali, ad laborandum dimittat, Qui Prior habita ratione temporis, et promissis ~~in dimittat~~ in primis necessitatibus domesticis, eiusmodi subditos, negare non debebit ~~Omo~~ concedet illis dies duos peccoribus et tertium pedestrem, septimatim in Lagany obire, Censum uero omnem his in anno nobis solui debitum, pro nobis, et Conuentu nostro reseruamus, Similiter quoq; reseruamus Stagnum et in illo liberalem piscationem conuentui nostro, tam hiemalem quam æstiualem, Verum ad usum et necessitatem suam ipsi etiam liberam piscationem

in dicto agro quoad vixerint habituri sunt, In silvis quoque nostris, ad villam Lagany pertinentibus nullam facultatem habebunt incidendi, tantummodo pro foco et necessitate domestica, Tum exceptis duobus decem[?] lignorum quercinorum quos ipsi coniuges in silvis nostris singulis annis incidendi et pro usu suo convertendi liberam facultatem habebunt, Quantum vero pascua attinet, in dictis silvis ea illis libera relinquimus, excepta glandinum fructificatione quam pro nobis, et conventu nostro reservamus. De quo quidem agro seu agris praefatus Ioannes Molenda una cum coniuge sua tenebitur nobis et nostris successoribus nomine annui census dare et soluere florenos sex pecuniae monetae Polis pro festo sancti Martini Pontificis, Sed quia pronominatus Ioannes Molenda una cum coniuge sua in struendis aedificiis domicilii sui in eadem Lagany Tum etiam circa aliam bonorum praedictorum in meliorem statum reductionem impensam non mediocrem facere videtur Ipsumque [?] eo aliqua ex parte consolari et ad eum obeunda quaevis in posterum servitia nostra eo promptiorem reddere volentes, Post mortem et decessum pranominati Ioannis Molenda tum et Reginae consortis suae, eorumque iuris advitalitialis determinationem agri praedicti cum omnibus et singulis bonis mobilibus et immobilibus cumque conditionibus liberis praesentibus expraessis nullis exceptis in Ioanne filium dictorum coniugum natu maiorem pleno iure et integro devolvi debebunt, In quorum usu atque tenuta ipsum Ioannem ex speciali gratia nostra ad vitae illius extrema tempora conservaturum pollicemur, Tamque ex nunc prout ex tunc eum conservamus atque in usu praenominatorum bonorum quoad vixerit conservari promittimus, Post abitum vero et de hac luce decessum praefati Ioannis Successores eius sive heredes praefatos agros, cum omnibus eorum attinentiis pacifice, et quiete possidebunt usque ad totalem summae pronominatae centum marcarum pecuniae persolutionem Qua demum illis exsoluta, aedificia dicta quaecunque in praediolo hoc extructa fuerint una cum agris eorum consiminationibus ad nos et successores nostros libere redibunt et devolventur sine quavis successorum eius condicione

In prædio vero iidem Successores tenebuntur nobis et Conventui nostro relinquere duas Vaccas duos, boves, duos equos, ad arandum aptos, una cum curru et aratro, et aliis instrumentis araturæ convenientibus, Sues quatuor, Anseres decem, Gallinas Decem, Omnē deinde suppellectilem domesticam puta ligneam et figulneam æconomatui pertinentem relinquere debebunt Alias vero pater omnes [illegible] tolli utriusque liberis poterint, In cuius rei fidem etc. Datum in Monrio nostro, Tinecen die etc. Anno domini 1569

Priuilegium super Arendam Opatowiec D. Castellano Osviecimen. ad vitam datum

NICOLAUS IX MIELECMIELECKI ABBAS. Sebestianus à Tuchow Prior et Custos, Jacobus Pilznen. Subprior, Augustinus Thesaurarius, Andreas Chodakowski Procurator, Christopherus Klemp, Christoforus Lisowski, Cæterique Fres, ac totus Conventus Frum Monasterij Tinecen. ad sonum Campanæ Capitulariter congregati. Universis et singulis quibus interest, aut quomodo libet intererit. Significamus Institutam fuisse per nos et Conventum nostrum, Magco Dno Alberto Padniewski Castellano Osviecimen. et Capto Sboviensi in Iuditio Terri Wislicen. causam et actionem occone bonorum Oppidi Opathowiecz, et aliorum eo pertinentium, Conventus nri herriorum quasi nullo iure posessorum, eandemque sic indecisam in Iuramento ex Decreto iuditij Ordinarij Gralis Regni Lublinen. per Fres Conventus nri, quasi vest, ipsis irrequisitis ac in scijs Privilegium certum Advitaliciale, per Rdum olim Dnum Hieronimum Krzyzanowski Abbatem antecessorem nrum, et Conventus nri fres, suppressis prioris, et aliorum Conventualium nominibus, eidem Magco Dno Castellano, super præfata bona Opathowiecz fuisset datum, prestando latius de premissis decreto Tribunalicio in se oblogue permansisse. Quoniam vero successu temporis quo etiam quomodolibet ignota in lucem prodeunt: Ex sagatiori penitiorique inquisitione comperimus fres Conventus nri certo et indubitato sciuisse Privilegium huiusmodi Advitaliciale de consensu memorati olim Dni Hieronimi Krzyzanowski Abbatis, tum et Prioris, ac frum nrorum (licet non determinatis per expressum nominibus ac cognominibus eorum) prædicto Magco Dno Castellano super bona præfata Opathowiecz fuisse traditum, et concessum: ita ut non sine offi

et quam conscientiarum suarum iuramentum decretum praestari per ipsos po
tuisse, facile appareat, Ideo nos praemissis consideratis et sufficienter compertis,
imo attenta melioratione, auctionis pensionis, Arendae ex melioratione eorundem bono
rum administrationis praefati Magci Dni Castellani Osviecimen hucusque habi
ta prouenienti: quam idem Dnus Castellus nobis Conuentuique nostro Annuatim e
soluendam, Actisque Capitaneal. Castren Cracouien inscribendam, de bonis suis her
rijs sese beniuole obtulit, Ante omnia praesentibus Priuilegij nri Conuentusque
eiusdem Monrij Tinecen litteris processu iuris ratione praemissorum facto, et
in iuramento dependente cassato et prorsus annihilato, supramemoratum Dnum
Castellanum Osviecimen, circa praefatum ius siue Priuilegium Aduitaliciale,
uti legittimum ac sufficiens antea datum et concessum, ac per loci pro tunc Or
dinarium, et Serenissimum olim Henricum Regem Poloniae litteris certis, quas
hic pro insertis haberi volumus, approbatum et confirmatum conseruandum
duximus, ubi quidem praesentibus litteris nri Priuilegij conseruamus. Quodquidem
Ius et Priuilegium praefati Dni Castellani Osviecimen infra insertum pro
iure sufficienti agnitum nostra speciali recognitione, ad Acta Castren Ca
plia Cracouien desuper facta ratificandum, approbandumque duximus, prout
approbamus et ratificamus eundem Dnum Castellanum Osviecimen in possessione
praefatorum bonorum Oppidi Opathowiecz, aliorumque ad id pertinentium uigore
infra insertae Aduitalicialis Arendae conseruauimus: praesens Priuilegium cum
praefata inscriptione Castren Capli Cracouien, pro uno eodemque iure cen
sendo, ac alterum ad alterum refferendo, et uigorem unius alteri mutuo et
inuicem communicando, ad eundemque effectum supplementi sufficientis iuris
Arendae praedictae Aduitalicialis, memorati Dni Castellani Osviecimen, tam
praesens Priuilegium quam praefatam inscriptionem dirigendo, Cuius Arendae
Aduitalicialis seu Priuilegij est tenor talis. NOS HIERONIMVS
KRZYZANOWSKI diuina patientia Abbas Tinecen cum toto nro con
uentu: Significamus tenore praesentium quibus expedit Vniuersis. Quod nos
considerantes singularem erga nos Conuentumque nostrum affectum Ge
nerosi Dni Alberti Ladnowski Capti Sibouien, tum etiam in tuen
dis ac defendendis ab iniurijs vicinorum bonis nris singulare stu
dium, illi Oppidum nrum Opathowiecz, cum villis, praediis Molendinis
et generaliter cum vniuersis bonis redditibus, censibus, et emolumen
tis, ad illud ex antiquo pertinentibus, quocunque noie nuncupatis, nul
lis exceptis, dedimus in tenutam, et in Arendam, ita ut singulis
annis tam diu, quam diu vixerit nobis Successoribusque nris rone Aren
dae praedictae Trecentos florenos persoluat ad Festum Purifica
tionis Beatae Mariae incipiendo solutionem huiusmodi à festo
Purificationis Anni Millesimi Quingentesimi Septuagesimi Tertij;

eamqꝫ singulis deinde annis continuando, Possessio autem et intromissio in bona praefata Opathowiecz, dari et assignari illi in Crastino post Festum Nativitatis Dni proxime venturum per nos debet. Volentes autem erga praefatum Gnosum Dnum Albertu Padniowski maiorem benevolentiam nram declarare, illum in tenuta Oppidi praefati ad extrema vitae illius tempora conservan duximus et conservamus, promittimusqꝫ et obligamus nos sub Censuris Ecclia[sti]cis, quod illum quam diu vixerit in possone Oppidi et bonorum praefatorum iuxta praesentem contractum conservabimus, Successores nri conservabunt. Harum testimonio lrarum quibus nrm et Conventus nri Sigilla sunt appressa, Datum in Arce nra Tinecen ultima die Mensis Septembris, Anno Dni Millesimo Quingmo Septuagesimo primo, Idem Abbas qui sup[ra] manu propria, Idem qui sup[ra] Prior cum toto frum Monrij Conventu Tinecen, Respectu cuius quidem praefatae Arendae Jurisqꝫ Advitalicij eidem Magco Dno Castellano Osviecim agniti et confirmati, ipse idem Magnif: Dnus Castellus ad trecentos flor pecc, ex vi et necu Privilegij sui Originalis Anterioris, et hic inserti nobis Conventuiqꝫ nro solui solitos, alios quoqꝫ trecentos flor pecc. monetae et numeri Polonic in Crastino Festi Purificationis Beatae Mariae Virginis quotannis incipien in Anno Dni: Millesimo Quingentesimo Nonagesimo Octavo proxime venturo. Nobis in manus Vezt nras Abbatis nunc et pro tempore existen, sub unius solius nrae quietatione ad Mensam nram solito provenien. Ad mensam vero ipsius met praefati Conventus Monrij Tinecen nri in manus Prioris pro duobus bobus coemen. per Viginti flor. pec. polon, pro qualibet feria quarta Parasceves incipiendo ex nunc, sub quietatione, similiter solius Prioris nri durante iure suo huiusmodi advitalicio iuxta suā inscriptionem Ad acta Castr Capit Cracovien desuper faciendā et recognoscendam realiter et in effectu exsolvere et reponere tenebitur, Deinde ad insuetos labores Oppidanos et Subditos non coget nec compellet, ijsdemqꝫ nulla praeiudicia faciet, Appellones tam in causis realibus quam personalibus inter subditos nostros utrinqꝫ eorundem bonorū intervenientibus, exceptis causis hospitum, ac extranearum personarum, eorumqꝫ in quibus administratio iustitiae, ex Decreto Judicij terris seu superioris decernetur. Ad nos Conventumqꝫ nrm Oppidanis et subditis admittere debet. Insuper nos cū praefato Conventu nro Monrij Tinecen Successoresqꝫ pro tempore existentes, eidem Magco Dno Castellano Osvieci men praesentibus inscribimus et obligamꝰ eundem in pacifica possone et usu: fructu plenaria bonorū supra expressorum

ad extrema ipsius vitæ tempora, seu ad determinationem Arendæ ipsi ad vitam concessæ libere at pacifice conservaturos, eandemq pacificam possessionem, quovis modo via et forma, ipsi durante præfata Arenda, in toto et parte non ademturos, nec præpedituros, immo ipsum Dnum Castellanu Osviecimen occone præmissorum, at in eisdem bonis ex persona nra à quavis impetitione iuridica, tueri, evincere, intercedere, indemnemq reddere; ita ut ipse Dnus Castellanus Osviecimen præfata bona pacifice, libere, ac quiete possidere, nobisq at præfato Conventui nro suprascriptam pensionem persoluere possit: Idq faciemus sub Censuris Ecclesiacis totiens quoties opus fuerit succumbendis, Porro expirato huiusmodi iure morte prædicti Magci Dni Castellani Osviecimen aduitalicio, si vcit ante tempus et diem, seu Crastinum festi Purificationis Beatissimæ Virginis Mariæ anni cuiuslibet hoc est, ante tempus solutioni præfixu, quo, Nobis Abbati nunc et pro tempore existenti Sexingen flor pec. Arendæ huiusmodi Opathowiecen idem Dnus Castellanus soluere tenetur, ex hac vita præfatu Dnum Castellanum nobis huiusmodi Sexingentis flor pec. polonic non persolutis, decedere contingat. Ex tunc post Crastinum eiusdem festi Purificationis BEATISSIMÆ Virginis Mariæ, altero die immediate se sequen cuiuslibet anni tanquā expirati et determinati iuris, Liberum erit nobis Conventuiq nro in Oppidum nrum Opathowiecz, ac bona omnia eò pertinentia, inequitare, et omnia præfata bona sibi ad uti fruendum concessa in possessioné et dispositionem nram accipere reaccepareq. per quod nullam violentiam Nos Conventusq noster successoribus præfati Dni Castellani inferremus. Qui etiam sui successores bona præfata Opatowiecz Nobis et Conventui nostro, dimittere, libere, ac res omnes in Inventario, manibus utrinq subscripto, et sigillis comunito specificatas, Nobis Conventuiq Nostro in expiratione iuris aduitality et determinati anni relinquere tenebuntur et erunt astricti: Rumationis tamen ad exportan res suas quasvis proprias, Suppellectilem, pecora, pecudes, educenda nec non frumenta ex curia et prædio bonorum prædictorū per subditos bonorum Opathowiecz idq duntaxat in Szaniecz euehenda, Spatium quatuor Septimanarum incipien à die mortis, Succores præfati Dni Castellani habebunt. At vero si vcit ipse Dominus Castellanus post tempus et diē seu post Crastinum festi Purificationis B. Mariæ Virginis cuiuslibet anni, hoc est, post tempus, adeoq post solutos Nobis ex ui obligationis suæ Sexingentos flor ex hac vita decesserit, Ex tunc

233 liberum erit succ[ess]oribus praefati D[omi]ni Castellani possessionem praefatae Arendae tanquam realiter et in effectu per defunctum exolutae ad determinationem anni vcet festi Natiuitatis D[omi]ni, pro quo huiusmodi pensio Arendae Sexingentorum flor pecu. Nobis praestita fuerit huiusmodi Arendam continuare, et fructus anni illius continuandi percipere facultatem habebunt, cum Obligatione tamen Viginti flor pecuniae pro duobus bobus coemen. pro feria quarta Parasceves, anni continuandi Conuentui in manus Prioris exsoluen., nec non cum Obligatione pro conseminatione hyemali, vcet Centum quadraginta Coretorum Siliginis mensurae Opatowiecen. idq[ue] pro feria secunda ante festum Natiuitatis Beatissimae Virginis Mariae, in anno continuationis Nobis Conuentuiq[ue] N[ost]ro ne conseminatio remoretur per eosdem successores D[omi]ni Castellani reddendorum, Atq[ue] extradendorum. Tandem vero in continuatione ultimarij anni, et post expirationem illius continuationis, in Crastino vcet Festi Natiuitatis D[omi]ni liberum erit nobis Conuentuiq[ue] N[ost]ro, Successoribusq[ue] N[ost]ris in eadem bona superius expressa, tanquam n[ost]ra haereditaria inequitare, et usum fructum eorundem bonorum in dispositionem n[ost]ram haereditariam accipere et reacceptare, per quod nullam violentiam Nos Conventusq[ue] Noster inferret, Quae bona Opatowiecz libera, munda, praefati Succ[ess]ores D[omi]ni Castellani, Nobis Conuentuiq[ue] N[ost]ro dimittere tenebuntur, acres in Inuentario de quo supra mentio facta est, specificatas et contentas reddere Nobis, et relinquere erunt astricti, Kumatione tamen dictis succ[ess]oribus anno continuationis, ut supra salua reseruata, Harum testimonio praesentis Priuilegij l[itte]rarum nostrarum quibus in euidentiorem fidem Nostrum et Conuentus N[ost]ri Sigilla, cum subscriptione manuum Nostrarum sunt subappensa, Actum et Datum in Castro et Monasterio Nostro Pyneceri, Feria secunda post Dominicam Palmarum proxima, Anno Domini Millesimo Quingentessimo Nonagesimo Septimo.

Villa Chrząstowka data Alberto Baranowskj

Andreas Brzecina Divina vocatione Abbas Albertus
Westhowski Prior, Custos, et Praepositus infirmorum etc.
Significamus etc. Quia nos de unanimi consensu omnium
nrum ac de certa scientia voluntateq nra perspecta haben
ingenuam virtutē et in servitijs nris diligentiam ac fidelitatem
Dni Alberti Baranowski quibus se nobis non sine fidei constantia,
sedulo inserviendo reddidit comendatus Cupientesq fidelitatē
atq illius affectum gratiā et beneficentiā nra compensare villam
nram, Chrząstowka cum praedio scultetiali dan, donan et con
ferrēn duximus damusq donamus et per praes lras nostras
conferrimus cum oi iure et toto dnio ad ipsius Alberti
Baranowski extrema vita sua tpa cum oibus et singulis
Emolumentis et Rusticanis, taberna, censibus, fructibus, redditi
bus, dationibus, proventibus iuribus pertinentijs et obven
tionibus universis, nec non cum oibus agris pratis silvis
nemoribus, gays, rubetis pascuis, piscinis, molendino quolibet
ab antiquo de iure spectan et pertinen et prout sunt in suis
limitibus perpetuo sita et firmat Per ipsū Albertum
Baranowski praefata bona villam Chrząstowka vna cum
praedio praefato scultetiali tenen, haben utifruen, fruendaq
et quiete possiden ad ipsius vitā extrema tpa nil nobis et
successoribus nris in eisdem bonis villā Chrząstowka
ipsius vita durante reservan. Hoc unico excepto Quia
idem Albertus Baranowski pro mensa fratrum nra Con
ventus tenebit quolibet anno ratione Censu seu Arren
dae per flos 30 in moneta polonicali pro festo Scti

Martini Pontificis Auceam Caseorum et ollam butiri duorum florenorum valoris quodannuatim dare et solvere tenebitur et erit astrictus. Quod vero attinet granities aut limitationes praefatae villae ut in pace et tranquillitate sint et existant tenebimur nos et successores nostri ad eas facere tanquam domini haereditarii tenere et facere. Praefatus vero Albertus Baranowski tenebitur omnes sumptus subpeditare tam nobis quam amicis nostris. Post mortem vero et de hac luce decessum ipsius Alberti Baranowski bona praefata villa Crbastowka cum praedio eiusdem ac cum omnibus eius pertinentijs superius descriptis ab antiquo spectantia ad nos successoresque nostros Conventumque nostrum cum pleno iure et toto dominio redibunt ac devolventur sine omni contradictione ac renitentia successorum vel amicorum eiusdem Alberti Baranowski. Ita tamen quod in eisdem bonis successores ipsius Baranowski vaccas 3 in primis relinquere tenebuntur. Pro victu vero domestico competenti coretos 20 siliginis. Acervum foeni, acervum unum avenae vel loco acervi avenae coretos 20. Ordei vero Cicer Pisa et milium per duos Coretos sibi relinquere tenebuntur. Insuper omne genus frumenti vel seminis quodcunque in terram seminatum fuerit absque omni contradictione successorum ipsius Alberti Baranowski ad nos et monasterium nostrum liberum cum omni iure et toto dominio ut superius factum est devolvi et redire tenebitur. In cuius rei fidem etc. Dat.

Arenda posterior Castri Golesz confirmata per Do: Coadiutorem Joanni Brzyczna

Nos Andreas Brzyczna, Patientia divina Abbas, Nicolaus Ghielecki coadiutor Abbatiae eiusdem cum futura successione, Christophorus Niedzwiecki Prior et custos, Simon Wisoliński subprior, et Augustinus Thesaurarius ac totus Conventus fratrum Monasterij Tinecensis Significamus praesentibus literis nostris quorum interest universis Quod quamvis nos Andreas Brzyczna Abbas, Prior, subprior, pro illo tempore existentes una cum toto capitulo Tinecensi bona nostra Castra videlicet Castrum Golesz Oppidum Kołaczyce Villas Krawnice, cum praedio, Vrzeicz cum praedio aliasque villas ad ea ipsa bona antiquitus spectantes et pertinentes Nobili Joanni Brzyczna nepoti nostro ex fratre successoribusque suis legittimis pro eius in nos studijs ac servitijs quae nobis praebetur privilegio certo sibi eo nomine dato ad IX annorum decursum ab actu privilegij computandorum pro certa summa pecunia ibidem expressa abhinc annis aliquot arendavimus et arendamque locaverimus In qua supraescripta Arenda eundem in toto ad expirationem annorum usque nominatorum conservaturi sumus. Nos vero Nicolaus Ghielecki miseratione divina coadiutor eiusdem Abbatiae Tinecensis ad hoc idem privilegium arendamque bonorum supra expressorum in quantum id esset necessarium nostrum illi praebuimus consensum Quia vero eiusdem Nobilis Joannis Brzyczna arendarij nostri erga nos Studium eluceat in diligenti administratione

tunt etiam aedificiorum reparatione et denuo non sine aliquo
sumptu constructione dignum visum est nobis dandam esse ope
ram ut tanto eius studio responderemus et bonis Monasterij
nostri aedificiorum vetustate dirutorum provideremus. Itaq
de unanimi voluntate et omnium consensu eadem suprascripta
bona nostra vizt Castrum Golesz Oppidum Kotaczyce
cum villis ac praedijs suprascriptis ad hoc idem Castrum
ex antiquo pertinen cum omnibus eorundem bonorum fructi
bus proventibus, reddatibus, etc. etc. Memorato Nobili
Joanni Brzyczna et eius legittimis successoribus a tem
pore expirationis arenda eiusdem super bona suprascri
pta ad 15 annorum decursum servien Cui arendae hoc
posteriori privilegio in nullo derogari volumus imo illud
prius approbari seu potius a decursu eorund annorum
regrorum ad decem annos post hoc id tempus expirato
nis prima Arenda a festo Scti Adalberti in Anno Do
mini 1599 venturo currere se sequi immediate incipien
te pro simili festo Scti Adalberti in Anno Dni 1609
se determinan rationibus et conditionibus infraspecifica
tis adducti pro certa summa pecuniae inframemorata
atque quot annis pendi debita arendavimus et in longiore
arendam locavimus Ac realiter eam exnunc, eidem Jo
anni Brzyczna eiusq successoribus in bona suprascripta omnia et
singula ipsi in Arendam locata dedimus et admisimus
intromissionem cum possessione pacifica per mini
sterialem quemcunq sibi acceptandi voluerit. Ratio
ne cuius quidem Arendae ex bonis supranominatis provenien
tis nobilis Joannes Brzyczna arendarius tenebitur obligatq
se cum suis successoribus nunc et pro tempore existen
Abbati singulis annis durante eiusmodi arenda

summam 800 florenorum pecuniae cōis monetae et nūc Polonis in regno currentē quemlibet florenū 30 gr. imputādo ad ratas temporum tres infrascriptas solvere et ad manus nunc et pro tempore existeñ Abbati ad Monasterium Tinecen. per nuntium suū mittere ac de percepta qualibet Arenda rata quietationem manualē ab eod. nunc et pro tpe existen. Abbati fratribus Conventualibus requisitis accipere Hoc est primam ratam v3t summā trecentorū florenorū pecca. pro festo Scti Adalberti in inchoatione Arendae anni 15 99 Secundam ratam hoc est trecentos florenos pecca. pro festo Scti Stanislai in Autumno Tertiam vero si ve Ultimā eiusdem anni ratam pro festo Nativitatis Dni Et sic consequenter de anno ad annū cuiuslibet anni arendam summam v3t 800 florenorū pecca. ad ratas tres suprascriptas et festa nominata praedictorum annorum nun et pro tpe existenti Abbati ad expirationem usq arendae praedictae pendere et exsolvere sit erit cum suis successoribus. Itidem Accensuales expensa seu sumptus omnes quoscunque sua pecca in aedificia quaevis praedictorū in ysd bonis existeñ necessario exposuit et deinc expositurus est et quas ipsi So anni Brzyczna in expiratione Arendae illi priori gratiose concessa iuxta taxationem illius non parva pecuniā restituere et exsolvere tenebamur nobis Conventuiq nostro condonavit. etc.

Fratribus Conventualibus tenebitur dare sin gulis annis duos boves ollam butiri 60 Caseo rum numero Ac etiam pro festo Nativitatis Domini decem florenos pecuniae nomine Arendae ysdem fratribus ad Conventum mittere. Praeterea in Castro nostro Golesz in Confinijs Ungariae sitto

quod negligentia priorum arendariorum desolatum est vetustate pleresq in locis collapsum reedeficatione indiget ideo Memoratus nobilis Joannes Brzecewa Arendarius tenebitur dictum astructum parietem antiquitus ex arboribus construdum iamq plane vetustate collapsum suo proprio sumptu imo a fundamento erigere muro atq alijs parietibus structilibus proportionati iuxta exigentiam loci adequare Quantum vero attinet granities seu limites bonorum nostrorum prafatorum Castri Golesz seu in aliqua parte eorum facienda ratione eiusmodi Arenda Extunc idem Arendarius noster tenebitur nobis et amicis nostris suis offitialibus et dignitarijs ad id assumptis servitoribus nris necessaria quaevis omnia prout res postulabit ipsa et equis providere Nos vero aromata suo Korzenie atq demum vinum habebimus et salaria officialibus absolvimus. Insuper idem arendarius noster durante spatio eiusmodi arenda tenebitur cum suis posteris nobis sue nunc et pro tpe existenti Abbati Tinecen semel in anno per integram Ebdomadam Abbati ad Castrum Golesz sue pradium Kolaczyci advenienti statione quolibet anno dare atq culinam omnibus necessarijs prater aromata et vinum providere Quod si vero diutius quam per unam septimanam pro tempore existenti Abbati ibidem ex legitima causa manere contigerit et praesertim propter auram pestiferam Cracovia aut prope Monasterium nostrum grassantem Extunc nos mansionem liberam in eodem Castro Golesz sue pradio Kraiowice sibi reservamus Necessaria vero pro coquina nostra avenam et fanum pro equis ad rationem arenda providebit Eidem etiam Cellerario nostro et ipsius successoribus mansionem

liberam lignorum in silvis bonorum praefatorum reservamus pro foco et necessitate domestica pro aedificiis et circumseptione sepium ac reparatione obstaculi in fundo nostro praefato Non tamen vendere nec cuiquam donare subditos etiam nostros bonorum praefatorum ad insultos labores et quaevis alia onera nova praeter antiquam consuetudinem non extorquebit si vero aliquis subditorum nostrorum aliqua ex causa gravatum se senserit a praedicto arendario nostro liberum erit eis a quibusvis gravaminibus suis sententys ad nos tanquam ad Dnm Haeredem confugere et appelare secundum antiquam consuetudinem Hoc etiam eidem arendatori cavemus praesentibus quod si contigerit durante huiusmodi arenda in climentiam aeris sive pestem sive generalem grandinis concussionem aquarum inundationem et ignis combustionem in bonis iisdem arendatis seu aliqua parte eorum id in arbitrio duorum amicorum utrinque locandorum constabit Qui quidem duo amici ex utraque parte dati quicquid in commissis adinvenerint tenebimur nos cum Conventu nostro arendatori eorum nostro complere et exequi Post expirationem vero eorundem 10 Annorum praedictus Joannes Bibrena arendarius tenebitur et sit astrictus nobis et Conventui nostro sive pro tempore existenti Abbati successoribusque eius tenebuntur bona nostra praefata omnia et singula Castri Golisz tali ipsi arendata cum omnibus et singulis utilitatibus et proventibus atque conseminatione sufficienti regulari in praedicto Krawo, verno hiemali et aestuali. In praedictis etiam hiberniis hyemali et aestuali etc. quam conseminationem aestualem idem Arendarius se submisit facere atque iuxta

inventarium sive interceptam ratione rerum mobilium et supellectilis domesticae pecorum et pecudum mutuo et invicem inter nos factam et sigillis manibusque propriis ex utraque parte munitam sine quavis contradictione et difficultate tergiversationeque in manus nunc et pro tempore existenti Abbati vel illi cui id commiserit mitte[re] et libere tradere Rumationem vero eidem Arenda[to]ri nostro post expirationem Arendae eiusmodi ex eisdem bonis spatium sex septimanarum continui se sequen[tium] iuxta veram observantiam nostram reservamus Quod quidem praesens privilegium omniaque et singula eius contenta tam nos cum Conventu nostro pro parte nostra quam etiam id arendator noster sive coniun[c]tim sive divisim tenebimur in toto Inscriptione Castren[sis] capitaneatus Cracoviensis firmare atque eam ipsam inscriptionem in acta vim perpetuitatis in se habere intra unius anni decursum transferre sub vadio 800 florenorum pecuniae parti tenenti et praemissa exequenti per parte non exequente ad exequendum succumbendo In cuius rei fidem etc Actum et datum in Monasterio nostro Tinecensi feria Tertia quae Vigilia Sancti Matthaei Apostoli et Evangelistae Anno Domini 1588

Decimae certe ex bonis Mielec ad monasterium Tinecensis pertinentis data mansionariis Mielecensibus

